¶ Dubitat quomō inquietudinē significat taciturnitas: cū inquietudo significet multitudinē loquele sicut ꝓs in alienato. ℣ Dic q; duplex est inquietudo. f. rō debilitate virtutis:⁊ hāc signat taciturnitas. Alia est cū fortitudine virtutis:⁊ hāc signat multitudo loquele. Dubium

¶ Et ad vltimum taciturnitas verbosi significat cās inceptionis alqueſgues aut aliquid de eis que dicta sunt. Et multitudo sermocinationis in taciturno significat inutum alienationis ⁊ permixtionem rōnis.

¶ ponit signum quod sumitur a loquela ratione permutationis naturalis loquele.

¶ Signa sumpta ex rōne. Cap.53m.

Alienatio cum motu ⁊ percussione in capite ⁊ nare est saluum. Et cuꝝ alguacre ⁊ apoplexia est mortalis.

¶ Signa sumpta ex moribus. Cap.54m.

Multitudo permixtionis ⁊ inquietudinis est signū nō bonū ⁊ signat multitudinē vaporis eleuati ad caput. Salt⁹ infirmi omni hora ⁊ sessio ei⁹ est signatio mala ⁊ est pp angustiā aut ꝓpter permixtionē rōnis ⁊ ꝓstrictionē anhelitus ⁊ ꝓfocationē ⁊ in peripleumonia deterior:qm̄ plurimum eius est ꝓpter prefocationem ⁊ constrictionem anhelitus:ly sit ꝓpter causas alias iterum.

¶ Docet pno. super elevationem infirmi ⁊ in sedendo.

¶ Et cū grauant mēbra a motu ēt est signatio mala. Et quādo obfuscant vngues:tūc mors est p̄sens. Et tremor est signum malum cum nō sit crisis bona.

¶ ponit signum a grauitate membrorum.

¶ Signa sūpta ex exīstimatiōe. Cap.55m.

Cum est plurimus timor mortis tunc est timor.

¶ Est timor. Apud medicum.

¶ Judicia sumpta ex saltu ⁊ aliis⁹. Cap.56ᵐ.

SAlt⁹ ⁊ alices fiunt ppea q̄ nā mouet mēbra lacertosa vt expellat ex eis supfluitatem. Et dū mēbrū pmanet rarū ⁊ mā est pauca obediēs nō idiget illo imo illō est ei nocium pp raritatē ei⁹. Et si fuerit cū pmutatiōe ex calore ad frigꝰ p nām: tūc est signū nō malū. Et signat multotiēs q̄ nā nō pōt facē relaxatiōnē nisi cū adiutorio villoꝝ propter multitudinē māi aut ppter debilitatē virtutū.

¶ Signa sumpta ex somnijs. Cap.57ᵐ.

MUltotiēs videt infirmꝰ de gñe illi⁹ q̄ fit crisis eius sicut videt babiturus crisim cū sudore qō ingredit balneū ⁊ preparat ei.

¶ Nota q̄ tripler est somniū. aiale reuelatuz ⁊ nāle. Animale est sm q̄ homo affectat multū vnā rē ⁊ illā affectat ⁊ somniat. Reuelatū q̄q̄ est verū ⁊ q̄q̄ falsum. Naturale aūt est qō fit sm pcessum humoꝝ interioꝝ: ⁊ de hoc somnio ppie ⁊ solū hic intelligit.

¶ Signa sumpta ex appetitu. Cap.58ᵐ.

DEstructio appetit⁹ in egritudib⁹ chronicis est malū. Et in egritudib⁹ acutis ēt si est ista illō ⁊ ad sūmū signat būores corruptos aut mortē virtutis aialis ⁊ naturalis.

¶ ponit signum a destructione appetitus.

¶ Et cum destruitur sitis in febribus adurentibus est significato mala ⁊ propīe cū ingredine lingue.

¶ ponit signum a destructione sitis.

Dubium ¶ Cēterū ponit ab hip.2. pnosti. ter 62. cū dicit. Et quos feb. in die rupture dimiserit: eos euasuros pnuntiabis: tunc cibos appetūt neq; sitiūt. ⁊ ita ostendit q̄ destructio sitis in feb. est bonū signū. q̄ si no est cā faciens sitim ⁊ nō sitit: tunc est malū signū: q̄m signat virtutē sensitiuā esse ita defectā ⁊ destructā q̄ non sentit mordicationē a cā debente facere sitim: ⁊ hoc ostendit. Bul. per hoc qō ponit feb. cū nigredine lingue. Nigredo enī lingue cū feb. dicit cāz debentem facere sitim: vnde si nō facit est signū malū.

¶ Judicia ⁊ significationes icteritie. Cap.59ᵐ.

ICteritia ante septimuz ⁊ ante digestionē est malū signum nisi succurrat ei fluxus ventris quemadmodum quidam existimauerunt.

¶ Et est ꝺ consideratione. Et ad vltimū icteritia ante septimū nō est laudabilis. Et si fuerit icteritia post septimū: tūc est iterū nō ita salubris dū nō cōiungunt ei signa alia. Qz si accidat icteritia in septimo aut nono aut q̄rtodecimo cū signis laudabilib⁹ ⁊ absq; nocumento in partib⁹ epatis aut duritie ⁊ apostemate: tūc est laudabilis. Et multotiēs qdē accidit ppter hmōi crisis completa ⁊ significat laudem ⁊ dispositionem leuitatis que reperit post ipsam.

¶ Et est secūdū. (debet considerari vtruz maior pars materiei faciens icteritiā vadat per fluxū ventris quoniam tunc est bonū signum. vel vtrum vadat pars maior ad cutem ⁊ minor per fluxū ventris: ⁊ tunc est malum signum.

¶ Et significat malitiam eius dispositio contrarij leuitatis. Ex illis que significant malitiaz eius est vt sit cum icteritia fluxus ventris cholericus multꝰ q̄ ebullit ⁊ extinctus rerum spumosarum adurentiuz in huiusmodi enim timetur de infirmo nisi succurrat ei fluxus ventris multus mundificans: aut sudor cōis ⁊ sit iam virtus fortis: tunc enim fit leuitas velociter.

¶ ponit signa distinguētia ⁊ pueniētia iter bonā ⁊ malā icteritiā.

¶ Signationes sumpte ex apostematib⁹. Cap.60ᵐ.

CUm febris acuta pueuit ad apostemata tirillicoꝝ ⁊ extremitatū est deterius q̄ vt sint prius illa apostemata: deide sequatur ea febris causa putredinis q̄ius illud etiam sit malum.

¶ ponit diam inter apostema precedens feb. ⁊ sequens eam.

¶ Sed queri. vult. ii. Hucc. q̄ apostema sequēs se. fit peius precedē te. qō nō videt verū. nā apostema sequēs feb. signat permutationem materie febrilis: ⁊ ita signat minorationez illius māi. Debuit sequēs apostema nō sequi ex apostemate extremitatuz solū: sed sequi ex apostemate viscerū specialr feb. acuta sicut dicit Dip. in illo afor. 59. pri. quarte. ⁊ in but omnibus. ℣ Dic q̄ si apostema sequens feb. esset per viā expulsionis ere tūc esset melius q̄ precedēs: tū q̄ sequit apostema fe. ⁊ se. nō minuit: tūc est signū multitudinis māe ⁊ malitie eius: ⁊ ideo significat peius q̄ precedens. Dubiū 1ᵐ

¶ Apostemata que accidūt in radice auris ⁊ nō maturant cū sanitate sunt mala ad que nō sequit aliqua de euacuationibus fortibus est signum malū.

¶ Docet pnosticare per apostemata que fiunt in radice auris cōparata ad euacuationem.

¶ Sed ptra Ba. Lōmo. pno. cōmē. 35. ponit q̄druplicē terminationē apostematū per resolutionē ad putredinē ad lapidicitatē ⁊ ad sanie: iter quas terminationes ponit illā que est ad resolutionē pōrē ⁊ meliorez: ergo ista apostemata pāt terminari per aliud q̄ p resolutionē ⁊ erit bona. ℣ Dic q̄ ista apostemata fūt facta de mā grossa que nō pāt resolui neq; per resolutionē terminari. Si aut posset esse bonū. Ad que. ſ. apostemata non sequit aliqua de euacuationibus fortibus sicut est euacuatio per ventris fluxū per sudorem ⁊ huiusmodi. vel dic euacuationibus fort⁹ sicut est euacuatio per resolutionē: ⁊ tunc prima questio tollit. euacuatio per resolutionē est fortis q̄ signat q̄ nā dominat māe grosse apostematis ita q̄ subtiliauit ⁊ transmisit per resolutionem. Dubiū 2ᵐ

¶ Et nō opz iteruz vt fiducia habeat in maturatione cū accidit extura ⁊ reliqui humores sunt indigesti: illud enim est nō sufficiens sicut ista etiā multotiēs accidunt ⁊ existimat iam declinatio adesse ⁊ interficit.

¶ ponit signum quod sumitur ab apostemate quod maturatur ⁊ reliqui humores corporis sunt indigesti.

¶ Omnis pustula ⁊ omne apostema quod apparet et postea redit est malum: verūtamen quandoq; significat fortitudinem nature: ⁊ fortasse hoc apparitio ⁊ p fundano est consueta huiusmodi alicui in natura sua quare non est significatio vehementis malitie.

¶ ponit signum qō sumitur ab apostemate apparēte ⁊ redeunte.

¶ Nota q̄ si apostema apparet ⁊ postea redit ius: hoc pōt cē. propter hoc. ſ. q̄ natura posīt transmisit mām ad cutez vt terminet per apostema sentiens se fortē ⁊ magis potentem digerere māmi apostematis intus in venis ⁊ visceribus q̄ intus eum retrahit. illā māi transmissam: ⁊ hoc modo pōt significare fortitudinē nature cum ille alienissimus modus ⁊ rarissime conuenit.

¶ Signa sumpta ex parte pustularum que similantur eis. Cap.61ᵐ.

PUstula ciceralis nigra in febrib⁹ acutis est mala valde. Et q̄si in fine venit vel tardatur mortē ille qui cā hz in secūdo multotiēs. Cōuersio viceruz in corpore ad viriditatem et nigredinem ⁊ celestem colorem aut citrinitatez est signum malum: ⁊ citrinitas est leuior eis.

¶ In hoc capīo ponit signū qō sumit a pustula ciceralī nigra. Docet pno. permutationē viceruz ad diuersitatem colorum.

¶ Dicit q̄ si apparet super genu infirmi aliqd nigruz simile vue nigre in cuius circuitu sit rubedo mortē cito. Qz si ptendat vsq; ad diē quinquagesimuz: tūc signū mortis eius est q̄ sudauit sudore frigido.

¶ ponit signa a pustulis emperica. dicit quasi dicat sed ratione non potest dici.

¶ Quando apparet super venā que est in gutture aliquid simile grano alcherua cuz variola alba magna ⁊ accidit ei desiderium rerum calidarū moritur in vigesimo. Et nos qdez iam diximus illud quod accidit in lingua adolescentibus de pustulis mortiferis.

¶ ponit signū qō sumit ab apparentia pustule in gutture.

¶ Dicitur si fuerit febris quelibet ⁊ apparuerit super digitos vtriusq; manus simul apostema nigrum sicut granum herbi cum dolore vehemẽti mouet in quarto ⁊ accidet ei grauitas ⁊ profunditas somni. Si autẽ natura constringatur cum hoc accidet pleuresis. Et quandoq; constringitur adeo donec fit lapidis.

¶ ponit signum empericũ qõ sumit a pustula apparẽte sup manũ.

¶ Signa sumpta ex forma venarum. Laũ.62ⁿᵃ.

DIxit Dip. si apparent vene parue que sunt in frõte ⁊ que sunt in palpebris ⁊ furcula est malum. Alterato caloris venarũ apparentium a dispositione sua cum colore pauonis ⁊ apparitio earum que de eis non apparebant ante cum hoc est malum.

¶ Signa sumpta ex rigore. Laũ.63ᵐ.

RIgor plurime reditionis in febre praua cuꝰ debilitate virtutis est mortalis ⁊ cum firmitate virtutis iterũ qñ febris cuꝰ eo nõ remouetur non est bonus ⁊ deterior omnibus est vt sequat ipsum euacuatio nõ adiuuans ⁊ non fedet cum eo febris. Et si non accidat euacuatio iterũ tunc significat q̃ humor motus est vincens qui expelli nõ potest ⁊ est malum. In accidente vo vice vna nõ sorsitan verificat aforismus iudicans an est propter debilitatem superfluam virtutis aut ꝓpter aliud.

¶ Nota q̃ istud capitulũ fundat super illo afor. 46. quarte particule. Si rigor inciderit feb. nõ deficiente. ⁊ in cõmẽ. illius.

¶ Judicium euacuationis. Laũ.64ᵐ.

EVacuatio iuuatiua per fluxum ventris ⁊ vomitus ⁊ alia est illa que est post digestionẽ ⁊ que euacuat humorẽ quẽ opꝛ: ⁊ que fit cum facilitate ⁊ cui succedit leuitas.

¶ Hic describit iuuatiuam euacuationem per suas species ⁊ per suas proprietates.

¶ Et de signis euacuationis humoris quem euacuat medicina aut nõ medicina est vt incipiat in eõne humoris alterius: ⁊ deterius eo est vt finis eius permutẽ ad exitum currat aut ad sanguinem nigrũ aut humorem fetidũ aut humorem purum ⁊ similiter in vomitu. Et quando abbreuiatur euacuatio postq̃ effecerit quod efficit: oportet vt adiuuetur.

dub^m 1^m ¶ ponit signa eõnis in ẽtrate. ¶ Sanguinẽ nigrũ. Lõtra nõ videt q̃ mutatio cõnis ad sanguinẽ nigrũ sit mala ⁊ superfluꝰ: qñ sanguis niger est malus: si ergo euacuat nõ est malũ. ℣ Dic q̃ ideo est euacuatio mala: q̃ medicina nõ dꝛ euacuare sanguinẽ: vnde si euacuat est malũ. Fit aũt niger iste sanguis: q̃ significat q̃ nã patiuntur ꝑa mãm aut medicinã: q̃ medicina ei abstulit.

dub^m 2^m ¶ Aut humorẽ fetidũ. Contra: q̃ humor fetidus est malus ledens mẽbra ⁊ nãm iterus: ergo eius euacuatio est bona. ℣ Dic q̃ sicut dicit in cõmẽ. 21. ꝑmi ꝓnosticoꝝ. nullũ stercus est ita fetidũ sicut illud cũ quo euacuat substãtia membroꝝ. hoc etiã pꝛ in erbicis q̃ sunt in fine ꝛsumptionis: ergo si euacuat ref humor multũ fetidus significat q̃ medicina euacuat de substãtia mẽbri ⁊ ita est malus.

dub^m 3^m ¶ Aut humorem purum. Contra: nam si medicina debet euacuare vnum humorẽ: quare est malũ si euacuat ipsum solum ⁊ purum.

¶ Et quando superfluit euacuatio ⁊ nondum incepit digestio tũc nõ est illud cuius iuuamẽto sit intendũ.

¶ ponit qñ debemus adiuuare naturã in euacuando ⁊ quãdo nõ.

¶ Et euacuatio debilis pauca fluxu sanguinis nariuꝝ aut sudore aut alio significat q̃ natura mouit ⁊ non potuit. Et si fiant mala signa alia significant mortez: ⁊ si non fiunt mala significant longitudinem.

¶ Docet significare per defectum quãtitatem euacuationis.

¶ Judicia sudoris. Laũ.65ᵐ.

SUdor est bona crisis in egritudinibus acutis ⁊ flegmaticis.

¶ Hic obycit. nã crisis ꝑ sudorẽ fit in crisib⁹ vehemẽtis calitat sicut hꝛtur supra i capło ꝓmo bu⁹ fen: sed egritudo flegmatica est de mã frida. ꝓterea dicit supra capitulo de sudore libro secũdo q̃ sudor est aqueitas sanguinis cui pus cholericum est admixtum: ergo in egritudine flegmatica nõ accidit sudor per viam crisis bone. Ad hoc etiam faciunt multe alie auctes. ℣ Ad hoc dic q̃ crisis per sudorem satis est melior ⁊ cõuenientior in febribus acutis q̃ in chronicis: tamen est etiam bonum in chronicis: q̃ opꝛ q̃ natura humectauerit alã debilitauerit materiã ⁊ subtiliauerit ita q̃ expellit illam per sudorem. dub^m 4^m

¶ Et iterum ꝑ speciebus apostematum tumorosorum et apostematibus viscerum.

¶ Apostemata tumorosa vocauit ea que fiunt in visceribus de materia furiosa.

¶ Causa multitudinis sudoris. Laũ.66ᵐ.

SUdor multiplicat aut cã mãei ꝓpter multitudiuẽ suã aut subtilitatẽ suã aut cã virtutis ex vehementia expulsiue aut mollificatione retentiue aut causa porozum eius quãdo dilatant ꝓpter causas dilatationis ⁊ minorat sudor ꝓpter contraria illarum causarũ. Et sudor quidẽ quando tergitur exuberat ⁊ quando mouetur abscinditur.

¶ Diuersitas membroꝝ in sudando. Laũ.67ᵐ.

MEmbra que plus sudant sunt illa in qbus est materia faciẽs egritudinẽ vt magis. Et illa que nõ sudãt sunt mẽbra in qbus nõ est mã. Et illa in quib⁹ dominat aliqd de causis cõstrictionis porozꝝ de qbus est q̃ latus super qõ dormit infirmus ſm plurimũ raro sudat: quoniã est coartatũ siccas habens vias ⁊ non currit ad ipsum humiditates neq; currit ab eo. Et sudor qdez multiplicat in mẽbris posterioꝛib⁹ vt in dorso plus q̃ in afinoribus sicut pectore: ⁊ multiplicat in superioꝛib⁹ magis q̃ accidat in inferioꝛibus ⁊ propꝛie in capite.

¶ Diuersitas dispẽnũ in sudãdo ⁊ alqs. Laũ.68ᵐ.

SOmnus plus facit sudare q̃ vigilia: qñ calor inat⁹ in eo plus agit in humiditates: ⁊ q̃ nocumẽtũ anbelit⁹ in ipso est magis parum ⁊ illud mouet materias ad interiora.

¶ Hic ponit cãz ꝓp quã accidit plus sudor in somno q̃ in vigilia.

¶ Inquit Dip. sudor plurimus in somno absq; cã faciente illo significat q̃ ille plus cibi suo affert corpori q̃ toleret. Si aũt fuerit illud preter qđ ille de cibo sumat: tunc scias q̃ idiget eõne. Et causa in hoc est q̃ sudor plurimus cuꝰ sanitate virtutis nõ fit nisi ꝓp multitudinẽ materiei cui ꝓpinet vt expellat eã nã: ⁊ illa multitudo aut fit ꝓ cãm ꝓpinquã que est repletio ꝓpinq̃: ⁊ repletio ꝓpinqua est ex cibis sumptis: tũc ⁊ hãc repletionẽ expellũt fames ⁊ exercitiũ ⁊ sudor qui expellit per nãm. Aut fit per cãm antecedentem longinquam que est ex superfluitatibus antecedentibus.

¶ ponit afor. Dyppocrat. quarte particule afor. 41. Secundo ipsꝝ exponat. ibi (Et causa.)

¶ Et non excusat in huiusmodi nisi euacuatio mundificans corpus ex eis. per sudorem vo fortasse nõ egreditur de ea nisi illud quod subtile est tenue paruum ⁊ dimittat corruptꝝ inobediens in corpore: ⁊ consuetudo nature est q̃ diligit expellere humorẽ corruptũ ⁊ illud est de illis que debilitant eum.

¶ Sed tu dices: q; nō expellet ea fames ⁊ exercitiū sicut in p̄cedē-
tibus dic q; fames ⁊ exercitiū nō cēpetūt humorib⁹ putrescē paratis.
¶ Et scias q; quanto plus caliditas innata est fortior
est resolutio magis occulta ꝯre non fit sudor nisi fue-
rint cause alie ⁊ propter hoc fit sudor egrediens a na
tura aut a replemone ⁊ multitudine ⁊ vehementia di-
latationis porozum: aut propter defectum virtutis a
digestione bona aut propter vehementiam motus.
¶ Hic ostendit qualiter sudor contingit propter debilitatem na-
ture: ⁊ nota hic causas sudoris.
¶ Dies in qb⁹ multiplicat sudor ⁊ minorat. Cap.69m.

SUdor in egritudinibus acutis plurimum fit
in tertio ⁊ quinto ⁊ minorat in quarto: imo
parum cōtingit vt egritudines iste crisim fa
ciant in quarto nisi raro.

¶ In hoc capīo determinat de sudore quantū ad dies creticos.
¶ Et parum quidem contingit fm q; experimentato-
res existimant vt sudet eger in vigesimoseptimo ⁊ tri
gesimoprimo ⁊ trigesimoquarto.

Dubium ¶ Dubitat: q; dicit q; egritudines acute raro faciūt crisim ꝯre.
Et ita ostēdit q; aliqñ p̄tingit. Sed hoc nō videt: q; dicit Gal. de
crisi. ca. 4. q; nunq̄ vidit fieri crisim in ꝯrto die nisi semel: ⁊ Arcbi
ge. bis. R Dic q; Gal intellexit de egritudinibus que p̄cedunt mo
tu impari sed nō de illis que p̄cedunt motu cōclusō. In egritudi-
nibus enim que procedunt motu impari nō est afflictio in quar-
ta. crisis aūt ꝺbet fieri in pejori hora totius periodi. Egritudines
aūt motu pari p̄cedentes omnes sunt chronice: vt dicit Gal. ter-
tio de crisi. ⁊ ideo eis nō accidit crisis in ꝯrta. Ille vō que p̄cedūt
motu p̄clusō possunt habere crisim in quarta: quoniā sunt acute
⁊ etiā nō habent distinctionē paroxismoz q; p̄tinue affligunt.

¶ Modi significationū sudoris. Ca.70m.

SUdor significat per tactū suū si est calidus
aut frigus. Et significat per colorē suum si
est clarus aut ad citrinitatē aut viriditatē
declinis. Et significat per gustū suū si est ama
rus aut dulcis aut ad acetositatez declinis. Et significat
p̄ odorē suū si est fetidus aut acetosus aut dulcis aut
alius. Et significat per substātiam suā sicut si est subtilis
aut viscosus. Et significat per quantitatē suaz sicut si est
paucus aut multus. Et significat per locū suū si est com
munis in toto corpore aut abbreuiatus: ⁊ qō ex quo-
cūq; mēbro est in ipso est egritudo. Et significat per bo
ram suā si est in principio aut statu aut declinatione.
Et significat p̄ illud qō succedit ei sicut succedit ei nocu
mētū aut leuitas aut rigor aut horripilatio aut aliud.
¶ Hic ponit modos fm quos accipiunt a sudore significationes.
¶ Signa sumpta ex pte sudoris. Cap.71m.

SUdor fridus cū caliditate febris est signū
malū valde: ⁊ ꝓprie q; appropriat capiti ⁊
collo ⁊ significat syncopim: licz nō sit frigidus:
quomō ergo frigidus. Et est deterior spe-
cierum sudoris: quoniā significat rem que fuit nō rez
que erit. Oz si feb. fuerit magna tunc est mors p̄ma.
Et nō fit sudor frigidus nisi iā ceciderit caliditas ina
ta: quare nō seruat humiditates imo separatur ab eis
ꝯre segregat eas ⁊ euaporat caliditas extranea: deiñ
de separatur ab eis illa caliditas propter suam extra-
neitatem qua infrigidant. Sudor intrinsecus malus.
¶ Hic determinat de signis que sumunt a sudore fridō ⁊ bz duo ca-
pita. In p̄ ostēdit qd bz significare sudor frigidus. In 2o ponit modū
significationis ⁊ generationis sudoris frigidi. ibi (Et nō fit sudor.)
¶ Et sudor multus significat longitudinem egritudi-
nis propter multitudinem materiei: ⁊ non cōuenunt
habenti eum flobothomia ⁊ ventris solutio propter
debilitatem suam imo clysteria leuia.
¶ ponit signum quod sumitur a quantitate sudoris.
¶ Et quādo post sudorē nō inuenit leuitas non est si-
gnuz bonum. Oz si fecerit augmentū nocumenti: tunc
erit signum malum: licz sit etiam cōmunis corpori.
¶ ponit cōparationē inter cōmunitatē sudoris ⁊ eius inuamēta.
¶ Et sudor festinus in p̄cipio egritudinis est malus
⁊ significat multitudinez materiei nisi causa in eo sint
humiditates aeris ꝓpter pluuiam multam: quoniam
tunc cuz sua malitia erit minor malitia. Et multotiēs
quidem incipit egritudo cum sudore: deinde sequitur
ipsum febris ⁊ prolongatur.
¶ ponit signa a sudore ratione temporis.
¶ Et cum ex sudore accidit horripilatio nō est bonuz
imo est malū: qm̄ horripilatio significat expansionez
humoris mali nocētis in corpore: ⁊ illud significat q;
sudor nō mundificat: imo mouet de humorib⁹ malis
illud cuius acuitas est fracta permiscēs ipm humidi-
tatib⁹ que resoluunt per sudorē. Et significat q; mā plu-
rima non resoluitur apud euacuationem sudatiuam.
¶ Determinat de significatiōe sudoris rōne p̄uenientie horripilatiōis.
¶ Et quādo debilitant virtus ⁊ pulsus ⁊ sudat frons
parū est signū malum. si vō cadat pulsus tūc est mors.
¶ ponit signa a sudore per comparationez ad debilitatem virtu-
tis ⁊ pulsus.
¶ Sudor enī bonus cui p̄uenit vt sit per ipm crisis cō
pleta est ille qui fit in die cretico ⁊ est cōis toti corpo
ri abundans ⁊ super ipm alleuiat infirmus: ⁊ sequit il-
lum ille qui nō est communis sed succedit ei leuitas.
¶ ponit conditiones boni sudoris.
¶ Et ad summū considera sudorē per seipsum in cali-
ditate sua ⁊ frigiditate ⁊ colore suo ⁊ suo odore ⁊ gu-
stu ⁊ ꝯritate sua in multitudine ⁊ paucitate sua ⁊ tpe
sue egressionis: aut est in p̄cipio aut statu aut in de-
clinatiōe: ⁊ qd associat ei de febre in fortitudine ⁊ de-
bilitate sua: ⁊ quid succedat ei de leuitate ⁊ grauitate.
¶ Determinat de significatiōe sudoris ꝯrū ad ꝓprietates suas.
¶ Et scias q; in cōualescentia multiplicat sudor eius
propter reliquias materierum quare non est malum
paruam facere minutionem.
¶ Sed cōtrarium dixit supra eodem capīo q; quando multiplica-
tur sudor ꝓpter multitudinē materiei: tunc non competit flobo
thomia neq; solutio ventris imo clysteria leuia. Dic q; supra lo-
quebatur in febricitante: hic vō loquitur in conualescente.
¶ Signa sumpta ex parte pulsus. Cap.72m.

PUlsus martellinus ⁊ formicās ⁊ vehemen-
tis serralitatis aut vndosus malus ē. Et ga-
zellinus cū debilitate est malus. Et diūsitas
in q̄ est intersectio vehemēs ⁊ motus debiles
deide succurrit illi vnus fortis succursu nō succurren
te imo ex momento ad mōmentum est mala valde.
¶ ponunt signa que sumunt ex parte equalitatis pulsus. Causas
ꝓpter quas isti pulsus sunt mali lege. 2. sen p̄ma cap. 6. de pulsib⁹.
¶ pulsus. primo facit hoc. Secundo ponit quoddam accidens.
ibi (Et dixerunt.) Tertio ponit canonem. ibi (Et scias.
¶ pulsus martellinus. i. bis pulsans. Formicās. i. multū debilis cū
diuersitate. Serrinus est pulsus diuersus cū duritie. Undosus est
pulsus diuersus cū mollitie gazelās. vide. Al. scba p̄m tē. Et diuer-
sitas sicut. ponit a Gal. in cōmento pulsuū cōmē. 14. Secundo qñ
in pulsu sunt multe pulsationes parue cum vna magna est malus:
q; significat multum defectum virtutis ⁊ magnaz aggraūationē
ei⁹: vnde aliqñ toto suo conatu facit vnā percussionē magnā tē.
¶ Diversū qdā cū pulsus sinister est frequēs ⁊ pulsus

dexter rar⁹ ꝛ illō ē cū debilitate tūc est sigſiatio mala.

¶ Ponit signum ab inequalitate pulsus duorum laterum. Nota q arterie ꝛ pulsus non diuersificātur rōne motus cordis a quo ista mouent cū cor ꝓ nū bēat motū: tamen motus arteriarū ꝛ pulsuū sunt diuersi rōne diuersitatis membrorū in quibus ista sunt sicut etiam in primo libro dixit pulsum aliqñ esse calidū ꝛ aliqñ fridus.

¶ Dixerunt. Causa est: q significat debilitatē virtutis nō potentie eōles facere pulsus. Et nota ꝓpter qōnē de dilatatione arteriaꝝ.

¶ Et scias q plurimoꝝ boium pulsus nāles sunt diuersi mali absq egritudine ēgre opꝫ vt tu scias ō incꝫ.

¶ Ponit casū correctum ꝛ patet.

¶ Judicia fluxus sanguinis narium. Caꝑ.73ᵐ.

Et que sunt sicut pleuresis. al'. frenesis ꝛ apostemata epatis acuta vel cala ꝛ sub hypocū drijs terminant crisi cōpleta ꝑ fluxū san. narū. ꝓmū ꝫo ex quacūq nare fit. alia ꝫo ex illa que sequit ea. ꝛ silr febres icēsiue ꝛ sunt de gñe primo. Peripleumonia ꝫo nō facit crisim per cū ꝛ pleuresis est res in eo media ꝛ tertiana facit crisim ꝑ ipm.

¶ Primo ꝓmittit iudicia fluxus sanguis narū. Scōo sigſiationes. ibi (Fluxus sanguis.) ℣ ꝓia in q̄tuor ſm q q̄tuor iudicia ponit. Scōa ibi Et plurimū.) Tertia ibi (Et cū.) Quarta ibi Et melioꝝ) Primū est iudiciū sumptuꝫ ex egritudinib⁹ que terminant fluxu sanguinis narū. ¶ Notādū q ista que dicit. sicut pleuresis. dꝫ dicē sicut frenesis. ꝛ ita dꝫ ista iudet. Q aūt sic debeat dicē pꝫ. Primo q: idē ponit Gal. ꝫ de crisi. ꝫ. caꝑ. Scōo pꝫ per id qō subdit. Primū ꝫo ex quacūq ꝑte ꝛc. q: istō nō verificat de pleuresi imo illa que est in dextra parte terminat per fluxū sanguinis in nare dextra: ꝛ etiaꝫ que in sinistra ex nare sinistra. Sed verificat de frenesi q: indifferēter terminat per fluxū sanguinis ex qualibet nare: qō pꝫ q: ista faciet mentionē de pleuresi cum dicet. ꝛ pleuresis est res.

¶ Ea que. Dic ponit in qua egritudine iuuat fluxus san. narū ꝛ in qua nō. Nota q ista est falsa: debet enī dicē frenesis aūt pleuresis. Primo per id qō ponit Gal. in tertio de crisi caꝑ. ꝫ. nā ponit q fluxus sanguinis narū est cōpleta crisis in frenesi in apostemate calido epatis ꝛ in apostemate calido hypocūdrioꝝ ꝛ ponit q nō est ꝫueniēs in lythargia ꝛ pripleumonia. Et dicit q pleuresis est intra istas duas dispōes. Primo Aui. dicit q primuꝫ apostema ex quacūq nare facit crisim. hoc autem nō fit in pleuresi: q: aut fit in latere extro: ꝛ tunc fit crisis per dextrā. aut fit in latere sinistro: ꝛ fit crisis per sinistrā nārē. frenesis ꝫo est ad vtrāq narem.

¶ Et plurimum quidē accidit fluxus sanguinis narū inuatiuus in imparibus ꝛ parum fit in quarto. in tertio ꝫo ꝛ quinto ꝛ septimo ꝛ nono fit.

¶ Ponit iudiciū sumptū ex duobus ꝛc. Causa est q: vrplurimū accidit in egritudinibus acutis que mouent per impares. ſ. dies.

Dub^m p^m ¶ Dubitat vtrum 14.ᵃ dies sit bona ꝛ laudabilis cum sit dies par. ℣ Dōm q Gal. in ꝓmo de creticis caꝑ. 7. dicit q debēt fieri in 15ᵃ sed expectat adiutoriū a superecclesib⁹. dicit tā q incipit in. 13. et terminat in 14. ꝛ totū attribuit. 14. Ideo Ysaac ꝓmo febriuꝫ dicit q. 13. est dies essentialis: sed dies. 14. est dies accidentalis cretica. que verba sic itelliguntᵗ q. 13. est cretica essentialis respectu egritudinis motus. 14. ꝫo quātū ad cōplementū egritudinis crisis inter celeste adiutoriū dicit cretica essentialiter. expresse enīz dicit Auicēna infra de diebus creticis ꝛ Gal. vltimo dierum creticoꝝ q: dies. 13. est media inter diem creticā ꝛ nō creticā.

¶ Et cū separat fluxus sanguis narū bonus ꝛ est debilis imeꝫ ſm qō docuit Hip. cū effusione aque calē sup caput: ꝛ cū vaporatione sicut qñ timeꝫ superfluitas eius ꝓhibeꝫ cū aqua frigida ꝛ cū positione vētose super hypocundria ꝛ que sequit ipsum.

¶ Et cū sperat vel sepat. Assimil. Lqbdā iudiciū curatiuū quo q̄ die vtimur sicut dixit Hip. ꝫ. regimīs acutoꝝ tex. cōmē. 61.

¶ Docet adiuuare fluxū sang. narū deficiēte ꝛ ꝓhibet fluentem.

¶ Et melioꝝ qdē fluxꝰ sanguis narū est q sequit partem infirmā ꝛ diuersificans nō est cū illa bonitate.

¶ Ponit comparationem inter fluxum sanguinis narium qui sequitur partem infirmam ꝛ diuersam ab hoc.

¶ Et apostemata ꝫueniētiora ad hoc vt crisim faciāt per fluxuꝫ sanguinis narū sunt illa que sunt supra sumen. Et in apostemate qdē flegmatico qō icipit transire in lapideitatē ꝛ plongat sanioſitas ꝛ eruptio: nō expectat crisis per fluxū sanguinis narū: ꝛ simiſr non expectat in apostemate frigido in cerebro ꝛ in pripleumonia crisis per fluxū sanguinis narium.

Dub^m ꝛ^m ¶ Dubitat q: Auicē. videt innuere q apostema transiens in lapideitatē possit terminari sanie. Hoc est ꝓra Gal. in primo ꝓnosti coꝝ cōmen. 35. q ponit quatuor terminationes apostematū. ſ. per resolutionē per lapideitatē per sanie ꝛ per putredinē. mō nullum membrū diuisionis debet ꝓtineri sub reliquo: ergo nullū apostema qō terminat ꝑ lapideitatē pōt terminari per sanie. Patet supra in lib. 1. fen. 2. de cōpositis morbis q apostema ꝓcessum in lapideitatē nunqꝫ deuenit in sanie. ℣ Respondet q est possibile q terminet per lapideitatē ꝛ postea veniat ad sanie. sed Auicen. per lapideitatē intelligit ꝓuationē materiei calide. ſ. q materia nō sit calida ꝛ nō accepit lapideitatē ꝓprie sicut accepit Gal.

¶ Sigſiationes sumpte ex fluxu san. narū. Caꝑ.74ᵐ.

Fluxus sanguinis narium paruus est malus ꝛ plurimus.

¶ Primo ponit signū a q̄litate ꝛ quātitate san. Scōo a die eventᵘ. ibi Et fluxus sanguis.) ¶ Paruᵘ est malus: q: signat debilitatē virtutis ꝛ nō liberat. plurimᵘ est malus: q: nimis debilitat. Fluxus sanguinis est malus per viam signi: q: significat aduſtionē vel cōplexionē: ꝛ etiā est malus per viā cause: q: nō pōt inde euacuari mā illa cū nō sit apta superius ascendere. Et q: egritudines que terminant per fluxuꝫ sanguinis narium sunt ex sanguine subtili cholerico ꝛ raro: ꝛ ideo paruꝫ fit fluxus sanguinis ꝛc. Et fluxus sanguinis cā est: q: significat multam vel prauā mām: vnde nō potuit natura per diem imparem: q: est fortis motus: sed euacuat in die quietis: vt in quarto.

¶ Fluxᵘ sanguis narū. Dic ponit signa a ḡtuate fluxᵘ san. narū.

¶ Et fluxus sanguinis nariuꝫ plurisꝫ malitie est qui est sanguinis nigri. Et parum fit fluxus sanguinis ex sanguine rubeo ꝛ splendido.

¶ Dic ponit signa a colore fluxᵘ sanguis. Sed ꝓra. fluxus sanguis narū q est ex colore nigro est plurime malitie: hoc est ꝓra Aui. in ꝓmo lib. caꝑ. de flobotomia. dicens q qñ vides exire sanguinem nigrum tunc extrahe: qm est minutio bona. Dic q non est simile in flobotomia ꝛ in crisi. Crisis enim per fluxum sanguinis narium debet fieri in egritudinibus calidis habentibus materiaꝫ calidam ꝛ subtilē ꝛ ita sanguis debet esse rubeus splendidus. Si aūt esset niger: tūc significat q natura nō recte euacuat. In flobotomia aūt bonū est q euacuet malus sanguis ꝛ corruptus.

¶ Et fluxᵘ san. narū q cadit in quarto significat difficultatē crisis imo bonᵘ est ille q cadit in imparib⁹.

¶ Dic repetit quedaꝫ dicta supra de tempore in quibus debet fieri crisis ꝛ in quibus non: ꝛ cū cadit in ārto sigſiat multā vel prauam mām: vnde nō potuit nā per diē imparē cōare q: est fortis motᵘ: sed euacuat in die quietis vt in quarto.

¶ Sigſiatiōes sūpte ex sternutatōe. Ca.75ᵐ

Sternutatio bona est quando accidit apud statum: in primis vō eius est de signis coctionis aut humoris mordicatiui.

¶ Auicē. ponit signū ex sternutatione. Sternutatio in principio est mala q: significat corizam. i. multos humores in capite vel humiditates mordicatiuas: ꝛ est mala per viā cause: q: impedit digōnē.

¶ Judicia egestionis. Caꝑ.76ᵐ.

Iam locuti fuimus de egestiōe in libro ꝓmo sermonē vniuersalē abbreuiatū. Et necessarium est nobis vt repleamus sermonē in ea multa repletione ꝛ ſm illud qō sequit de sermone in egritudinibus acutis.

¶ In hoc capitulo ꝓsequit ea que dixit in libro primo de egestione ad ea que dicemus nunc inferius. Primo ꝓsequendo se ad precedentia premittit intentionem suam. Secundo prosequitur. ibi (Diuersitas.) In hoc libro fen secunda continuatur.

¶ Signa sumpta ex egestione. Caꝑ.77ᵐ.

Diuersitas coloris eⁱ qō egredit de egestione est laudabilis in duabus horis non alibi. Quarū vna est diuersitas cretica post digestionē i die cretico ꝛ signo cretico. Et altera

post potionē solutiuā pertranseuntē fortē ⁊ significat in duabus dispositionibus mundificationē corporis expectatam. Jn alijs vo significat adustionē ⁊ liquefactionē ⁊ multitudinē humoꝝ corruptoꝝ.

¶ Diuiditur in octo sicut octo signa ponit. ꝑtes patebunt ex prima littera. patet verificatio eius quod ponit in aſoi. xi. quarte parti. Egestiones nigre ⁊c.

¶ Egestio fetida similis egestioni puerorum ⁊ infantium est mala.

¶ Secundum signum. illis significat liquefactionem membrorum: vt patet secundo pronostico ca. xi. cōmē.

¶ Egestio cholerica in ꝓncipio egritudinis significat dñiuꝫ cholere ⁊ est nō bona. Et in fine eiꝰ apud decli nationē significat qꝫ corpꝰ mūdificat ⁊ est significatio bona. Et qñ separat egestio cholerica multa ⁊ nō alleuiat egritudo: tunc illud est significatio mala.

¶ Tertium signum patet. Et qñ separat. i. erit ⁊c.

¶ Et fluxus vētris multus post signa mala significat casuꝫ virtutis. Et preter qꝫ succedat leuitas est significatio mortis: lꝫ febris etiam sit eradicata.

¶ Quartū signū. lꝫ febris sit ḋidiana. Eradicata. i. occulta: qz eradicat vel ꝓp cōnē ⁊ debilitatē virtutis: tū nō est eradicata.

¶ Fluxus vētris sup quē est vnctuositas nō ab acceptione rei vnctuose significat liquefactionē mēbroꝝ radicaliū ⁊ est significatio mala sed nō est mortalis ⁊ fortasse est vnctuositas ex carne.

¶ Quintum signum patet.

¶ Et qñ sup ipsaꝫ est simile virtus ⁊ emanat citrinū ⁊ dominat fetoꝛ ⁊ illud in febribꝰ acutis est mortale.

¶ Sextum signum. Rubrum denotat contrarietatē dispositionē sanitei vel digestioni: cum accidit ex diminutione caliḋi ꝓter naturam sicut cholera eruginosa ⁊c. est mortale: qz significat vitiatum dominum caliḋi ꝓter naturam supra materiam.

¶ Egestio sup partes cuius stat res subtilis significat qꝫ est virtus ex epate ⁊ ē mordicatiua ⁊ facit exire egestionē cū velocitate ⁊ fortasse egredit sola ⁊ est mala.

¶ Septimum signum patet.

¶ Cum in egestione sunt aliq̄ similia corticibꝰ lupinorum in oibus egritudinibꝰ tūc est signum mortale.

¶ Octauum signum. Jlle cortices sunt excoriationes intestinoꝝ: qz sunt timoꝛose in acutis febribus sicut ponebat Auicē. supra. 10. cap. de cura febrium acutarum.

¶ Judicia vomitus. Cap. 78m.

Jam locuti fuimus ēt in lib. ꝑmo de vomitu. Et neciū qdē est vt afferamꝰ hic aliqd ḋ eo ⁊ ḋ alijs ⁊ eiꝰ positio magis licita ē i ꝑ loco.

¶ ꝓmo premittit iudicia vomitus. Scḋo ponit signa ab ipso. ibi (Vomitus.) V ꝓma in duas. ꝓmo ꝓmuādo se ꝑmittit qḋ intēḋit. Scḋo ꝓsequit. ibi (Dico ergo.) in primo lib. fen. 4.

¶ Dico ergo qꝫ vomitus magis iuuatiuus est ille qui ex flegmate ⁊ cholera in quo in re cuomita vel effusa est vehemēs ꝑmixtio ⁊ nō est vehementis grossitiei. Et q̄nto plus vomitꝰ est purioꝛ tanto magis est deterioꝛ. Cholericus eni purus signat vehemētiā caloris ⁊ flegma purū significat vehementiā frigoris.

¶ Cōcludēdū qꝫ hic vituperat vomitꝰ purus: ⁊ ēt. x. ꝓno. ab hip. ter. cōmē. 39. ⁊ cū Aui. hic. Est ēt Gal. x. pnostico. 39. cōmen. ꝑ ētiā adaptari ad egestiones puras etiā que sunt male ex hoc.

¶ Signa sumpta ex vomitu. Cap. 79m.

Vomitus diuersificatus a colore vomitus cōsueto q est albꝰ aquosus ⁊ citrinꝰ est malus: ⁊ ille q est sicut viridis ⁊ q est sicut colꝛ porri ⁊ ꝓprie fetidus ⁊ qui est sicut colꝛ sicle et rubeus cū nigredine ⁊ obscurus. Et deteriꝛ est q est sicut flos eris ⁊ niger: ⁊ ꝓprie cuꝫ fit spasmus subito. ipse enim interficit statim nisi sit illic virtus: fortasse enim remanet vsqꝫ ad duos dies. Et opꝫ vt ꝓsideret in eo ne sit tinctura in re cōmixta. Et qñ cuomuntur oēs isti colores est malū valde. Et vomitus fetidus est malus ⁊ vomitus purus sicut diximus est malus.

¶ Patet.

¶ Judicia vrine. Cap. 80m.

Jam ꝓmissa sunt a nobis verba vniuersalia de vrina in fen in qua sunt accidētia in libro ꝓmo: ⁊ nos afferamꝰ hic de illo ⁊ de alijs qḋ magis ꝓpriēs est huic loco. Dico ꝙ qꝫ non opꝫ cū nō vr in vrina signū digōnis forte iudicare de morte: fortasse. n. liberabit eger cū ḃ ꝑ cūonē cadētē ex pte aliq̄ cū virtute expellēte digestū ⁊ idigestum: ⁊ fortasse resoluet humoꝛ fm lōgitudinē; tolerāte aut fiet crisis per exituꝝ: ⁊ ꝓpe qñ nō fuerit humoꝛ vehemētis malitie ꝙ ē malus fm plurimū ⁊ signat fortitudinē infirmi ⁊ minoꝛ signatio in eo est sup lōgitudinē.

¶ ponit signa ab vrina. Et ꝓmo in generali ꝑmittit iudicia. Scḋo in spāli ponit signa ab ipsa. ibi (Urina que.) V ꝓma in duas. ꝓmo ꝓmuādo se ad ꝓcedēdū ꝑmittit qḋ itēḋit. Scḋo ꝓsequit. ibi (Dico ergo.) Et hoc in q̄tuoꝛ sicut quatuoꝛ iudicia ponit. Scḋa ibi (Et similiter.) Tertia ibi. Et quādoq̄. Quarta ibi (Et scias.) ꝑtes ꝑ. ¶ Nota ex hoc qꝫ aliqñ nā facit crisim non existente tota mā digesta: ⁊ tūc illa est dissimilis crisis de qua loquebat supra. 10 ḋra signa rumozosa ⁊ signa fortitudinis infirmi. ⁊ similr supple oi cūr qꝫ est laudabile: aliter ⁊ sīlr supple signat longitudinē morbi.

¶ Et similr vrina que remanet fm colorē vrinarū sanoꝝ in horis egritudinis oibus. Si aūt incipit alterari cū sublimatione egritudinis tūc est magis icolume.

¶ Causa est qz significat qꝫ nihil de humiditate miscet cum vrina ꝓpter eius ineptitudinē ⁊ cruditatē: sed qñ alteraꝛ cum subtilitatione egritudinis. i. qz significat eius digestionem ⁊c.

¶ Et quandoq̄ est vrina in egritudinibus pestilētialibus bona naturalis in substantia sua ⁊ colore ⁊ sedimine: ⁊ ille cuius est tendit ad mortem.

¶ Dicēt qdā qꝫ ḃ accidit in febribꝰ pestilētialibꝰ. ledit. n. virtꝰ alterans solū ꝓpter permutationez aeris cū spiritibꝰ ⁊ nō ledit nūlo: ⁊ iō aliqñ est vrina bona ⁊c. vide Thadeū in glosis sup aſoi. q in acutis al. in septē terminat. ⁊ Dy. de flobotomia arteriarū qui segē eū. Alia cā pōt dari: ⁊ est qꝫ humoꝛ ab aere venenoso corruptꝰ primo alterat vrinā: scḋo ꝙ pulsum. i. postea in instāti inducit formā venenositatis ⁊c. Et sīlr vrina que remanet. i. ante istā si vrina est sillis sane ꝓpter bonā dispōnez epatis ⁊ venarū: hec est bona: sed ꝓp grossam mām ⁊ ī mixtibilē cū vrina est malū: ⁊ iō signat lōgitudinē egritudinis: ⁊ iō est meliꝰ cū solo augmēto. La sensu egritudinis alteraꝛ qz signat qꝫ mā incipit miscere. Qñq̄ etiam est ꝓpter materiā esse in alys socio ⁊ tali bonitati nō erit fiducia.

¶ Et scias qꝫ multotiens mingunt infirmi vrinas malas in substantia sua ⁊ colore ⁊ alijs ⁊ est illud expulsio crenica ⁊ ꝓprie in egritudinibus acutis: quarum causa est ꝑar ⁊ partes vrine.

¶ Patet.

¶ Signa mala sumpta ex paucitate ⁊ multitudine vrine. Cap. 81m.

Vrina que mingitur quandoq̄ pauca ⁊ quādoq̄ multa ⁊ quandoq̄ retinetur ⁊ nō mingit est signū malū in febribus acutis significans pugnā vehementē egritudinis ⁊ nature que vincitur ⁊ vincit ⁊ significat laborem nature ⁊ significat etiā grossitudinē materiei ⁊ qꝫ ipsa difficulter suscipit digōnē. Si aūt feb. fuerint qete indicat lōgitudinē ꝓpter grossitudinē humoꝛis.

¶ Jn speciali ponit signa ab vrina. Et ꝓmo ponit signa ex ḋritate vnidenda cū crisi. Scḋo ponit signa aggregata ex ḋris simul. ibi

(Oleaginea.)Tertio in quodã capitulo assimat signa mala ab vrina.ibi(Aquosa ꝛ ꝓcedẽs.)V ꝓma in ꝗtuor.ꝓmo ponit signa sumpta ex ꝗntitate.Scõo ex substãtia.ibi:(Urina tenuis.Tertio ex colore.ibi(Urina alba in egritudinibus.Quarto ex sedimine. ibi.(Sedimen.)Quid dicat in prima parte patet.

¶ Signa sumpta ex tenuitate vrine. Laꝑ.82m.

VRina tenuis qñq̃ fit sicut in diabete ꝛ est cũ ea assiduatio sitis ꝛ velocitas surgẽdi ad vrinã ꝛ facilitas egressiõis.Et qñq̃ fit ꝑp cruditatẽ ꝛ oppilationẽ ꝓhibentẽ exitũ mãci:ꝛ qñq̃ fit ꝓpter debilitatẽ virtutis alteratiue ꝛ nõ est cũ facilitate exitus ꝛ est minoris malitie q̃ diabetis.

¶ ꝓmo põit signa ab vrina tenui.Scõo a grossa ꝛ turbida.ibi(Cũ cõuertit.)V ꝓma in duas.ꝓmo facit.B.Scõo ponit eã.ibi.(Et scias.)V ꝓma in ꝗtuor sicut ꝗtuor ponit signa.Scõa ibi(Et qñ mingit.)Tertia ibi(Et qñ ꝓuertit.)Quarta ibi.Et cũ multiplicat)

¶ Dicit ꝓmo ꝛc.ꝛ est miꝛis malitie.Causa sumit a Bal.ꝑ de crisi ꝛc.caꝑ.qꝛ illa est miꝛis malitie in q̃ est destructio vnꝰ solius virtutis q̃ illa in q̃ est destructio duarꝫ virtutũ.mõ in diabete fit destructe due virtutes.s.digestiua ꝛ retentiua sicut ponit ibidẽ Bal.

¶ Et qñ mingit vrina tenuis in egritudinibꝰ acutis ꝑ aliquot dies significat ꝓmixtionez.Qꝛ si accidat permixtio ꝛ ꝑseueret tenuitas signat mortẽ velocẽ ꝓpter ea qꝛ mãc superuenũt in cerebro ꝛ auferꝛ aia.

¶ Et qñ mingit:qꝛ significat derivationẽ mãe a partibꝰ eparis ꝛ a viis vrine.Et qꝛ in febribꝰ acutis est mã acuta apta a cedere:ideo significat permixtionem rationis.Qꝛ si accidat ꝛc.qꝛ significat confirmationem materie in cerebro.

¶ Et quãdo ꝓuertit ad grossitudinẽ cũ qua nõ fit ablutiatio fortasse est ꝑp liquefactionẽ mẽbrorꝫ.

¶ ꝑtet.

¶ Quãdo multiplicat vrina aquosa apõ borã exacerbatiõis febris totalis significat qꝝ apostema eueniet in inferioribus.Et ꝓsidera in substantia permuta colori in capitulis que sunt post istud etiam.

¶ Et qñ multiplicat in bora exacerbatiõis totalis:qꝛ in bora augmẽti vel statꝰ:qꝛ significat mãm crudã grossam:nõ aptã eũari ad ex. Et ꝓsidera in substantia.ꝛ qꝛ tenuitas põt esse mixta rubedini.

¶ Et scias qꝝ tenuitas est sicut ipsa nõ iungat nigredini ꝛ rubedini.Si aũt fuerit tũc scias qꝝ cã in B est res tingens aut vehementia virtutis qualitatis egritudinalis imprimentis in aquam.

¶ ponit cas.Et scias qꝝ tenuitas est.ꝓtingit fieri.Lꝫ qñ nõ mingit ꝛc.vult er B.A.qꝝ tenuitas vrine de se vt est tenuis non debet ꝓiungi rubedini vel nigredini:qꝛ rubedo vel nigredo in vrina accidit aut ex permixtiõe humoris cũ ea q̃ ei tingit:ꝛ tũc vrina nõ manet tenuis imo ingrossat:qꝛ sicut calor agẽs causat colorẽ:ita agit in substãm ingrossando:qꝛ vrina tenuis de se non debet esse rubea nec nigra.si ergo est:aut ergo est ex causa extrinseca tingente ipsam:aut ex occasione calidi ꝓter nãm ꝛ hic est calor malus.

¶ Signa sumpta ex grossitudine substantie ꝛ conturbatione eius. Laꝑ.83m.

CUm conuertitur vrina tenuis in grossam in febre ꝓtinua ꝛ sunt signa bona signat crisim cũ sudore.Si vo nõ fuerint signa bona aut fuerit febris vehementis adustionis significat inflãmationem in corde aut in epate.

¶ ꝓmo ponit signa ab vrina grossa que ꝑus fuit clara ꝛ tenuis. Scõo ab vrina turbida que postea clarificat.ibi(Et clarificatio.) Tertia ab vrina turbida que remanet turbida.ibi(Urina grossa.)

¶ Urina tenuis,s.multũ ꝛ grossa.s.pauca significat crisim cũ sudore:qꝛ significat qꝝ ista mã que reddebat vrinã multã ꝛ tenuẽ derivat a partibꝰ eparis ꝛc.ꝛ qꝛ ista erat subtilis:signũ qꝛ reddebat ipsam tenuẽ:nõ expellit ꝑ sudorẽ.aut fuerit ꝛc.vnde ꝑp inflãmationẽ cõsumpta est ista mã ingrossata:vnde nõ est grossa pauca.

¶ Et clarificatio vrine grosse ante crisim est signũ nõ bonum:illud nãq̃ significat retentionem materiei ꝛ defectum nature in expellendo eam. ¶ Patet

¶ Urina grossa turbulenta in qua nõ resident aliquid ꝛ nõ clarificat significat ebullitionem humorꝫ ꝓpter vehementiã caliditatis extranee ꝛ debilitatẽ innate digerentis quapropter est mala.Cum vrina est spissa ꝛ ꝓprie in quarto multiplicat crisis febrũ ex lassitudine ꝛ ꝓprie si associat ei fluxus sanguinarium.

¶ ꝓmo ponit vnũ signũ.Scõo aliud.ibi(Cũ vrina spissa.)Ista vrina est ꝑte qua est turbida significat forte ebullitionẽ:sed ex parte qua nihil residet in ea signat ẽbilitatẽ digestiue cũ vrina:sicut pomebat supra Auicẽ.in caꝑ.de signis crisis per exitum:ꝛ tũc apparet vrina tenuis ꝛc.vide per vrinã spissam in ꝗrto vel per fluxus sanguinis narũ vel per vrinã qꝛ grossior expellit per vrinã ꝛ subtilior per fluxũ sanguinis narium.Aliud põt sumi ex afor.4.parte. afor.75.Quibuscũq; spes est ꝛc,ꝛ cõme.ibidẽ.

¶ Signa sumpta ex vrina alba. Laꝑ.84m.

VRina alba in egritudinibꝰ acutis signat declinationẽ mãci nõ ad ꝑfectam venam ꝛ istrumẽta vrine:fortasse.n.declinat ad cerebrũ ꝛ erit dolor capitis aut frenesis:ꝛ fortasse declinat ad cerebrũ ꝛ erit dolor capitis ꝛ frenesis:ꝛ fortasse declinat ad q̃dã viscera ꝛ signat apostema.Et si sunt signa ad icolumitatẽ declinis signat qꝝ egredietur cũ vomitu fm plurimũ ꝛ ꝓprie qñ nõ est signũ in solone vẽtris cui succedat excoriatio itestinorꝫ.Et qñ est vrina alba tenuis in febre acuta:deide accidit ei ꝓturbatio ꝛ grossitudo cũ albedine sua signat spasmuꝫ ꝛ mortẽ.

¶ ponit signa ex colore.Et primo a colore albo.Secundo a nigro. ibi.Scias.)Tertio a rubeo.ibi(Urina rubea.)Quarto a subalbido vel flauo.ibi.Urina flaua in febre acuta.)V ꝓma in duos fm qꝝ duo ponit signa.ibi(Et quando nigra.)

¶ Notãdũ qꝝ ista vrina vniuersaliter significat derivationẽ mãe ex viis vrine:tũc ergo vel apparẽt aliq̃ signa mala:ꝛ tunc vel mã est subtilis:ꝛ tunc significat dolorem capitis.vel est grossa:ꝛ tũc significat qꝝ figit in aliquo membro ꝛ apostemat vel apparent signa bona:qꝛ signa ipsius crisis significant vomitum ꝛc.

¶ Signa sumpta ex colore in vrina nigra in febribus acutis. Laꝑ.85m.

SCias qꝝ nõ verificat iudicium penitꝰ ꝺ morte ꝑp nigredinẽ coloris vrie i egritudibꝰ acutis in ſcipo fit signũ malũ:ꝛ q̃uis associent ei iterũ signa alia mala cuꝰ vides virtutẽ in ea fortẽ ꝛ ẽ potẽs facẽ eũones diuersas ex oi gñe succedit ei qes sicut accidit mulieribꝰ qñ cũ mẽstruis purgant ab humoribꝰ malis:ꝛ ꝑ ꝺ iste mulieres sunt saniores:qñ ipse forsitan ꝑ cãm aliq̃ ꝓsuete sunt cuacuari ab hmõi mã ex via mẽstruorꝫ.Et scias qꝝ vrina nigra q̃to plus est pauca tãto ẽ deterior significans cõsumptionẽ humiditatis.Et iterũ q̃to magis est grossior tãto ẽ deterior in egritudinibꝰ acutis.Et qñ nigra est declinis ad subtilitatẽ ꝛ tenuitatẽ ꝛ ẽ in ea sedimẽ pẽdẽs ꝛ est ei odor acutꝰ in febribꝰ acutis idicat doloꝛẽ capitis ꝛ permixtionẽ.Et certior dispõnũ eiꝰ est qꝝ significat fluxũ sanguinis narũ nigri:qñ mã est acuta vincẽs.Et fortasse erit cũ eo sudor ꝑp caliditatem cũ nõ supfluit neq̃ munorat ꝛ expellit versus supfluitatẽ ꝛ accedit sudorẽ eius horripilatio.Et qñ associatur vrine nigre in q̃ est sedimẽ pẽdẽs res nigra rotunda aggregata cum q̃ iucnit odor malus ꝛ tensio in lateribꝰ ꝛ apostema sub hypocõdrijs ꝛ sudor significat mortẽ:ꝛ hmõi qdẽ tensio sub hypocõdrijs significat spasmũ:ꝛ hmõi qdẽ sudor fit ex debilitate.Urina tenuis aquosa ad nigredinez declinis signat tenuitate

sua lōgitudinē egritudis ⁊ sua nigredine malitiā suā. Et dicit in vrinis nigris subtilib⁹ qñ ille cui⁹ est vrina desiderat cibariū mortē. Et vrina tenuis nigra qñ cōuertit ad subalbedinē vel flauitatē ⁊ grossitiē ⁊ nō associat ei vlla ges significat egritudinez in epate ⁊ ꝑprie ſcteritiā: qm̄ hec ꝙuersio q̄ est ad grossitiē a tenuitate ⁊ ad subalbedinē a nigredine significat diminutionē caliditatis ⁊ casuz digōnis. Et illō ē de illis qb⁹ associatur aut succedit leuitas. Et si nō fuerit ꝑp illud significat mām ⁊ iuisceratā in epate ⁊ nō ꝑpter mūdificationē ⁊ iam fecit accidere oppilationem: imo si est caliditas tūc iam subito faciet accidē apa. Vrina tenuis nigra que mingit in febrib⁹ acutis paulatim in tēpore lōgo qñ est cū dolore capitis ⁊ colli significat ōstructionē rōnis gradatim ⁊ est in mulieribⁿ magis saluū.

¶ Signa sumpta ex vrina rubea. Cap.86m.

VRina rubea in egritudib⁹ acutis qñ ē cū rubedine subtilis significat cū signis laudabilib⁹ crisis velocitatē ⁊ cū ꝛis eox significat velocitatē mortis ⁊ ex toto iflāmationē vehemētē: ⁊ subtilitas cū rubedine significat in egritudib⁹ acutis dolorē epatis ⁊ pmixtionē. Et vrina rubea grossa in egritudinib⁹ acutis qñ ei⁹ egressus fit paulatim ⁊ frequēter ⁊ ē cū fetore significat timorē: qm̄ significat caliditatē vehemētē ⁊ ingetudinē ⁊ defectū nāe. Vel ex qñ ē abūdātis erit⁹ multi sedimnis significat sepationē ⁊ ꝑpe in febrib⁹ icēsiuis. Et q̄ mingit sanguinē puruū in acutis mortē: qm̄ significat repletionē sanguineā vehemētē cū acuitate ebullitōis: ⁊ timet ꝺ hmōi ꝓfocatōe q̄ fit ex repletōe vētriculox cordis si ꝺclinat ad cor aut apoplexia si ꝺclinat ad cerebrū. Vrina rubea valde si ꝙuertat i febrib⁹ ex lassitudine facti ad grossitiē: deide appeat sedimē plm̄ nō subsidēs ⁊ sit illic dolor capitis: significat lōgitudinē egritudinis: qm̄ mā ē iobedies q̄obrē nō ingrossat pu⁹ ⁊ postq̄ ingrossat nō subsidet velocit' vex ei⁹ crisis fit p sudorē: qm̄ mā ē ꝺclinis ad venas. Et hō qdē vria assimilat vrie ictericie ⁊ dōt ab ea in ꝺ q̄ si tigit pānos. Et ad sūmū vrine rubee' subē ⁊ rubei sedimis significant appetitū ⁊ cruditatē ⁊ significant lōgitudinē qñ rubedo nō ē vehemēs ⁊ est illa que est ꝺclinis ad turbulētiā.

¶ Signa sumpta ex vrina flaua. Cap.87m.

VRina flaua i febre acuta qñ ꝙuertit ad albedinē aut ad nigredinē est mala: qm̄ significat p albedinē elevationē māci ad caput ⁊ per nigredinē acuitatē q̄litatis egritudinis.

¶ Signa sumpta ex sedimine. Cap.88m.

SEdimen diuersum in substantia ⁊ colore qđ significat humox diuersox multitudinē est malū. Et deteri⁹ eo est illud qđ est minorum partiū: significant enīz q̄ nā nō pōt expellē nisi postq̄ minorant ptes. Et leue qdē multotiēs est magis significatiuū bonitatis q̄ albū. Et multotiēs vidimus ille cui⁹ sedimē est declive ad rubedinē ꝗ est lene. Et mortē ille cui⁹ sedimē ad albedinē declinat sed est diuersuz asperū. Substātie enī bonitas vehementius est facilis ad suscipiēdā expulsionez q̄ bonitas colorīs. Et significat iterū q̄ humores nō patiunt ab egritudine plurimū sicut sedimē bonū qñ minorant ei⁹ ptes significat q̄ nā operata est iā in eo valde ⁊ egritudo nō egit in eo. Sedimē spumosuz ⁊ spuma plenū cui⁹ albedo est ꝑp cōmixtionē aeris cū eo est malū valde egredies a nā. Et crudū est malū. Et ille cui⁹ supiora sunt rotūda ⁊ mouent meli⁹ est q̄ sedimē cui⁹ supiox superficies est ꝙgelata ⁊ magis significatiuū q̄ egritudo est velocis statⁱ ⁊ acuta. Et sedimē q̄ nō accedit tenuitas ⁊ paucitas suppfluitatis imo est iuētū in ꝓncipio significat q̄ humox est plurim⁹ nō q̄ sit digest⁹: imo oz vt rubeat sedimē post aduētum digōnis ⁊ postq̄ fuerit vrina subtilis in ꝓmis ⁊ postq̄ fuerit hypostasis pauca. Et dū nō est ita significat q̄ mā gravis grossa ē multa ⁊ q̄ egritudo iterficit ⁊ similr vehemēta tincture absq̄ sedimine pauco. Et dū nō est ita nō significat bonū. Et qñq̄ significat bonū ⁊ maturitatē. Et qñq̄ accidit illud ꝑp dolorē ⁊ ꝑp vehemētiā caliditatis ⁊ famē. Tincrura.n. vrine iciuni addit ⁊ mīoraf eius sedimē. Et sedimē rubeū significat multitudinē sanguis ⁊ tarditatē digōnis: ⁊ associant eis in febrib⁹ icēsiuis iterum angustia ⁊ tristitia. Et si ꝓlōgaf vsq̄ ad q̄dragita ꝓlongaf egritudo ⁊ fortasse nō sperat crisis vsq̄ ad q̄dragesimū. Iterū sedimē rubeū pēdēs in q̄ est declinatio ad superiora cū est in vrina tenui significat in egritudinib⁹ acutis pmixtionē rōnis. Si aūt ꝓseuerat timet pditio. Si aūt vrine subā incipiat pcurre ad grossitudinē ⁊ incipit pēdēs subsidere ⁊ albificat significat salutē. Sedimē qđ est fm formā frusti carnis in febrib⁹ acutis siue significationib⁹ digōnis significat q̄ est ex rasura membrox ⁊ nō est ex renib⁹. Et qñ est illuc digō aut nō est febris significat illud qđ scis de dispōne renū. Et illō qđ est sile sq̄mis pscis ⁊ nō est signū digōnis ⁊ febris est acuta est ex rasura febris quā facit in nervis ⁊ ossib⁹ ⁊ venis ⁊ in alijs fit ex vesica. Et furfureū qdē significauit sile illi⁹: ⁊ q̄ febris incipit radere ex ꝓfūdo: ⁊ distiguit iter ipm̄ ⁊ inter illud de vesica: qm̄ illud de vesica est cū signis lesionis vesice ⁊ cū digōne ⁊ grossitudine.

¶ Signa sumpta ex dispōnibus aggregatis propter significationes diuersas colorīs ⁊ substātie quax prima est in vrinis oleaginis. Cap.89m.

¶ Morbi sicci diuidunt in duas species. Quarū vna est cuz mā ⁊ superfluitate corporis sicut apostema q̄ cācer dicit vel scrophula glādula. Glādule aūt sunt apata in subascellis ⁊ in inguinibus generata vel collo que ꝓprio nomie scrophula nominatur: ⁊ he qdez oēs ex mā sicca generant. Alia aūt spēs est morbi sicci absq; mā: sicut siccitas contingens ex inmoderata eūone. vnde spasmus inde ꝓtingens nō est spasmus ex repletione. Dī aūt morbi quoz ꝓcessit rememoratio sunt, viij. i. morbꝰ calidus ⁊ frigidus: morbꝰ humidus ⁊ morbus siccus ⁊ glubet ex istis est cū mā ⁊ absq; mā. Ex bis aūt alij. uij. cōponunt. ſ. morbꝰ calidus ⁊ humidus: cali. ⁊ siccꝰ frigidus ⁊ siccus. Qui ēt in duas spēs diuidunt sicut primi ⁊ sic erūt. viij. qui cū primis. viij. ꝓiungantur erunt. xvj. Erunt ergo in vniuerso morbi mēbroꝝ ꝓsimiliuz. xvj. attā sm ex q̄stā veritatē ipossibile est eē morbuz ex sola caliditate vel frigiditate aut humiditate vel siccitate: ⁊ B ió q̄si cāe pdictarū egritudinū sunt ꝓcul dubio humores: qui sīgdē humores nō sunt nisi q̄tuor. ſ. calidus ⁊ siccus vel calidus ⁊ humidus frigidus ⁊ siccus vel frigidus ⁊ humidus. Sīgs aūt dicat q̄. B. ponit morbos absq; mā. Dicemus q̄ tales morbi absq; mā hīt ꝓcul dubio ab extrinseco generari. Res aūt extrinsece aut sunt frigide ⁊ sicce: aut frigide ⁊ humide: aut calide ⁊ humide: aut calide ⁊ sicce. Unde si esset possibile esse egritudines ex sola frigiditate vel sola caliditate: esset possibile qdē esse rez solū calidā vel solū frigidā. hoc aūt est falsum ⁊ impossibile: ergo ꝛc̄.

165 ¶ In membris organicis existunt morbi cum accidit in plasmate lesio vel nocumentum.

¶ Membra organica sunt sicut manus caput ꝛc̄. ex cōsimilibus cōposita quoz. ſ. totius ⁊ ptis nō est idē nomē sed diuersuz. Sūt aūt sm medicos q̄tuor: genera morboz in pdictis mēbris gliatoz. ſ. morbꝰ in plasmate vel forma in q̄ritate in nuō in positione. Et morbi in plasmate diuidunt in morbos ꝓtingētes in figura: ⁊ eos q̄ ex corruptiōe ꝓcuitatis mēbroꝝ generant: ⁊ eos q̄ ex asperitate ⁊ lenitate eozūdē ꝓtingūt. Ipse aūt incepit a morbis in plasmate ꝓtingētib⁹. vnde inquit in membris organicis existunt: cū accidit in plasmate lesio vel nocumētū sicut subaudimus. Si alicuius ex eis forma vel figura corrumpat vel eius ꝓcuitas vel poꝛus: vel si membrū q̄ natura debet esse asperū lene fiat: vel econuerso. ſ. q̄ debet esse lene fiat asperū.

166 ¶ Est autem morbus in augmento si fuerit caput nimis magnum ⁊ in diminutione si fuerit stomachus nimis paruus.

¶ Morboꝝ in q̄ritate sunt due spēs vtpote augmētū ⁊ excessus in q̄ritate mēbri sicut caput nimis magnū vel diminutio in q̄ritate sicut stomachus nimis paruus.

167 ¶ Si videatur forma capitis lata vel cōꝓssa erit error vel peccatum in plasmate.

¶ Quoniā retulerat duo genera morboꝝ organicoꝝ vtpote continguitū in plasmate ⁊ q̄ritate ipsoꝝ: ⁊ cōsequēter diuiserat eos qui sunt in q̄ritate in duas spēs que ex augmēto ⁊ diminutione ipsarū ꝓcingunt: incepit nunc morbos in plasmate dividere in spēs suas: vnde inquit q̄ ex mēbris plasmationis est cū corrūpit forma membri a principio fue gnōmis sicut ꝓcingit pueris nascentibus quoz capitū forma alicui organo lato assimilatur: aut ēt sicut natus babēs tibias obliquas.

168 ¶ Ex eis ēt est morbus in cōcauitate cū accidit el nocumentū sicut cum plāta pedis carne repleatur.

¶ Spēs scōa ex mēbris. ſ. plasmationis est morbꝰ in cōcauitate sicut si ꝓcauitas pedis intrantū carne repleat q̄ nulla ꝓcauitas ibidē videatur: vnde hmōi patiens nequaq̄ super ossa rotunda ⁊ gibbosa pedē firmat vel appodiat gressus suos.

169 ¶ Aut si accidat etiā q̄ interponat aliquid in poris ⁊ meatibus sicut ꝓtingit in oppilationibus ex lapidibus renū contingentib⁹.

¶ Hec ēt spēs vel morbus plasmatiōis etiā est morbꝰ poroz ⁊ cānaliū membroz sicut cōtingit in oppilatione generata in canalibus renū rōne lapidū vel calculoz in eisdē generatoz.

170 ¶ Aut si mēbrū q̄ dz esse asperū sit lene vt stōchꝰ in quo supflua humiditas exuberat: aut si q̄ dz esse lene exasperet sicut cāna pulmonis cū exiccatur.

¶ Ex membris in plasmatiōe est adhuc quarta spēs. Et est cum mēbrū q̄ naliter dz esse asperū efficit molle ⁊ lene sicut stōchꝰ supflua humiditate cōpressus: q̄m stōchus naliter dz esse asper durus ⁊ solidus sicut inquit Bal. quatenus possit firmiter cōprehendere ⁊ cōminuere cibū cū digerit in eo: aut cuz membrū q̄ ex prima creatione ⁊ plasmatione debet esse lene exiccatur ⁊ exasperat sicut cāna pulmonis cuz siccitas imoderata accidit.

171 ¶ Est autez numerus a natura egredies in ser vel quatuor digitis.

¶ Quis retulerat morbos in creatione ꝓcingētes ⁊ in q̄ritate ⁊ cū diuisit morbos in plasmate in pte ante istā in q̄tuor spēs volunt nūc referre tertiū genus pdictaꝝ egritudinū. B aūt gen⁹ est de morbis in nuō mēbroꝝ. diuisit aūt morbuz in nuō sicut morbū in q̄ritate in augmētū ⁊ diminutionē: vnde ītēdit q̄ in mēbris quoꝝ operatio cōplet in numero determinato est numer⁹ innalis si deficiat augeat: vt si quis nascat cuz ser digitis vel oriat vel munat vt cū quis solū cū quatuor digitis nascat.

172 ¶ Interduz vnuntur duo digiti ⁊ iunguntur. Et interdum iuncta inmaturaliter separantur.

¶ Intēdit q̄ mēbri sicus ⁊ pōnes diuidunt in duas spēs. Quarū vna est ꝓiunctio eoꝝ que naliter debēt esse separata sicut ꝓcingit in eis qui nascunt cuz gbusdā digiti ipsoꝝ subiungunt. Alia est cū separant membra que naturaliter debent esse ꝓiuncta.

173 ¶ Solutio diuisi alīs vnionis existit in ꝓiunctione mēbroꝝ aut in separatiōe. In ꝓiunctione qdē sicut et dislocatiōe bracchij ⁊ icisione pedis vel manus.

¶ Hoc est genus egritudinū notarum in solone diuisi alīs vnionis. fit aūt dislocatio ꝓtinuitatis eam in mēbris cōsimilib⁹ q̄ in organicis. vnde intelligit q̄ fit in organicis cū dicit q̄ dislocatio diuisionis alīs vnionis insistit in ꝓiunctione membroꝝ: pōt nihilominus fieri in aliquo ex mēbris ꝓsimilib⁹ sicut in fractura ossis vel incisione carnis: ⁊ hoc intellexit cū dixit q̄ solutio diuisi alīs vnionis reperit in solutione mēbroꝝ. Lq̄ sicut reperit solutio diuisi in aliquo mēbro cū aliqo cōiunctoꝝ sic etiā reperit in aliquo membro solo existente ⁊ alio non ꝓiunctoꝝ intelligit de dicto suo sicut dislocatio bracchij solutionē vnionis in mēbris organicis ⁊ est illa quā dixit prius in coniunctione membroꝝ: ⁊ etiam in hoc cap. manus vel pedis abscisio.

174 ¶ Solutio in ossibus est fractura: in tunicis autez ⁊ venis dicit ruptura: sed solutio facta sm latuz vel longum in neruis dicitur fixura vel punctura.

¶ Diuersa sunt nōia solonis diuisi in mēbris cōsimilib⁹. Nā facta in osse dicit fractura: sed in venis ⁊ tunicis dī ruptura ⁊ fractura: in neruis sm longū aut p fundus dī fixura aut punctura.

175 ¶ Soluto facta in ligamētis vel cordis dicit ōssatio. Et arabice dicit rabat. Sed facta in carne dicit vulnus. Si tamen produceretur tempus eius diceretur vlcus. Sed facta in sola cute dicit excoriatio.

¶ Solutio facta in ligamētis dī arabice rabat. Sed facta in cordis dī albucar. Sz facta in carne dicit vuln⁹. Et si pducit tēpꝰ eius dī vlcus. Sed cū separat cutis a carne dicitur excoriatio.

¶ Explicit de rebus egredientib⁹ a nã videlicet de causis morboꝝ.

176 ¶ Cause dividunt in manifestas ⁊ apparẽtes que ſez ꝓtingũt cutẽ ⁊ ſuperficiei corpoꝝ ſicut ignis: ⁊ nix percuſſio aut ruptura contingens ex ſaltu.

¶ poſtq̃ perfecit reſolonẽ de ſpecieb⁹ morboꝝ: cepit nũc referre ẽt cauſas efficiẽtes ipſoꝝ. Et q: tres ſunt ſpẽs cãrũ. Sunt.n. quedã extra corpus que primitiue ⁊ manifeſte nũcupantur. Et quedã ſunt intra corp⁹ ex gbus quedã ſunt ꝓpinque que ꝓxime dicunt. Quedã diſtãtes ⁊ remote que dicunt antecedentes. Ideo cepit nũc dividere cãs in has tres ſpẽs. Unde ingt cauſe dividunt in manifeſtas ⁊ apparẽtes ⁊ intrinſecas ⁊ q̃ cauſe dividant in primitiuas ⁊ antecedẽtes ⁊ ꝓiunctas: cõſequenter aũt dicit que ſunt cauſe primitiue dicẽs que. ſ. ꝓtingũt cuti ⁊ ſuperficiei corpoꝝ ⁊c. Sicut ignis q̃ calefacit ⁊ nix que exteri⁹ occurrens infrigidat. Et ruptura vene ꝓtingẽs ex ſaltu. Saltus nãq; eſt cã morbi cõmunis vtpote ſolutionis ꝓtinuitatis. Et ignis ⁊ nix ſunt cauſe morbi ꝑfimilis qui eſt in mẽbris cõſimilibus ſpecialiter generatus vtpote male complexionis.

177 ¶ Ex cauſis etiam ſunt que dicuntur coniuncte ⁊ ipſe quidez ſunt inter bas ſpecies differentes: ⁊ hoc quia quãdiu continuatur putrefactio cõtinuat ⁊ febris putrida. Ex cauſis etiaz ſunt que antecedentes appellantur omni repleto corpori congruentes.

¶ Cauſe intrinſece dividunt in cauſas propinquas que ꝓxime dicunt ⁊ ſunt ꝓprie ⁊ imediate cãe in egritudine: ⁊ ob hoc reor ipm ditriſſe q̃ ſint differẽtes iter bas ſpẽs: hoc eſt dictu q̃ faciũt differẽtiã iter bas ſpẽs ⁊ q̃ faciũt differre q̃ſdã ex ſpeciebus morboꝝ in quo ſunt ſicut putrefactio que eſt cã caloris ex/neꝝ ⁊ cauſas diſtantes ⁊ remotas que antecedẽtes nolant ſicut eſt repletio que eſt cã oppilationũ ⁊ oppilatio cã putrefactiõis ⁊ putrefactio eſt cã febris. Eſt aũt ꝓprium cãe ꝓxime vt ipſa ablata tollat ⁊ auferat morb⁹. nõ aũt ita eſt de antecedẽte imo ecõuerſo: ⁊ ob ablata putrefactiõe auferet ⁊ ceſſat febris: que tamẽ nõ auferet vel ſeparat: ⁊ ſi repletio auferatur.

178 ¶ Ex cauſis efficientibus vniuerſaliter eſt quicquid corrumpit membꝝ complexionez ex infuſione humoris ad ipſum.

¶ Quicquid cauſat membꝝ corruptionem ex infuſione humoris ad ipſum habet vniuerſaliter rationem cauſe efficientis.

179 ¶ Hec ſunt potentia impellẽtis ⁊ debilitas ſeu impotentia recipiẽtis ⁊ multitudo mali humoris fluentis: latitudo meatuum ⁊ debilitas nutritiue: hec enĩ eſt ſufficiens ſumma earum: necnõ etiam quia videbis qualitatem in ſubſtantia corporis exiſtentem ſuperari ⁊ ad ſui contrariam declinare.

¶ Cauſe infuſionis mãe ab vno mẽbro ad aliud ſunt fortes potentie expulſiue mẽbri humorẽ impellẽtis ⁊ debilis virt⁹ mẽbri recipiẽtis. Et 2ª ex eis eſt multitudo hũoris in mẽbro impellẽte. Tertia aũt eſt latitudo meatuũ iter mẽbrũ recipiẽs ⁊ impellẽs exiſtẽtiũ. Sed 4ª eſt debilitas virtutis nutritiue. hec enĩ cã eſt q̃ 3ta humores ſupfluũ in mẽbro impellẽte gñent. Intellexit aũt cũ dixit: necnõ ẽt q: videbis q̃litatẽ in ſuba corporis exiſtẽtẽ ſuperari: ⁊ ad ſuã 3tiã declinare. q̃ videbis aliq̃ ex humorib⁹ membꝝ q̃litatẽ vincere ⁊ ſuperare: ⁊ ad ſui 3tiam trãſmutare: vnde eſt acſi diceret q̃ vna ex cauſis expulſionis alicui⁹ humoris ab aliquo mẽbro eſt nocumẽtũ forte illius membꝝ creatũ ex illo humore q̃ in eo exiſtit: ⁊ nihilomin⁹ ex cauſis expulſionis ab vno mẽbro ad aliud eſt cã mẽbrũ impellẽs ſituat ſuper recipiens.

180 ¶ Oõ generat in eo calorẽ eſt quidem cauſa quare contingat corpori illud qõ inde eidez contingere conſuevit. vſus aũt ⁊ eſus alliũ eſt calidũ in potentia. ſed calidũ in actu eſt ſicut calor ſolis.

¶ Intẽdit hic q̃ calor exiſtẽs in corpore iducãt in eo illud qõ ẽ cã doloris: vnde eſt ac ſi diceret q̃ iducit in eo illud qõ eſt aptũ de nã ſua inducere. ſ. dolorẽ. Sũt aũt calidi due ſpẽs. Quaꝝ vna eſt calida in potẽtia ſicut allium ⁊ piper. Scba vo calida eſt actu ſicut aer calidus paulopoſt meridiem.

181 ¶ Ex his ſunt mot⁹ aic ſicut ira ⁊ mot⁹ corporis ſicut labor ⁊ corruptio ⁊ putrefactio ⁊ cibi paruitas: ⁊ qõ poros corporis cutis claudit ⁊ ꝓſtringit ſicut aer.

¶ Ex cauſis calefaciẽtib⁹ ſũt fortes mot⁹ aic ſicut ira ⁊ mot⁹ corꝝ fatigatiũ ⁊ humoꝝ putrefactio ⁊ cibi paruitas. aer vo cutis poros claudit ⁊ ꝓſtringit itãtũ q̃ calorẽ ſuffocat ⁊ euẽtari pbibet. Nã ide ꝑcuſſio generat febres que effimere nominant.

¶ Cauſe egritudinum ex frigiditate.

182 ¶ Cauſa vo harum egritudinuz eſt quicquid in eo frigiditatem generat: ⁊ quãdoq; ſolui ex eo diſſolubile: cuius virt⁹ aut eſt in potentia velut cõtingit in iuſquiamo aſſumpto: aut in actu ſicut in nive.

¶ Quicqd gñat in corpore frigiditatẽ ſoluit ꝑcuſſio iter cõtinuitatẽ ſicut cũ eſt violentũ ⁊ forte efficitq; tunc morbuz qui ꝓtinuitatis ſolutio appellat ſicut ꝑz in ſolone digitoruz ex nive ꝓtingente. Actus aũt ⁊ operatio ex frigiditate dividit primo in ſpecies duas ſicut ⁊ operatio ꝓtingẽs ex calore. Eſt.n. quedã infrigidatio in potentia ſicut ialgami ⁊ q̃dã actu ſicut nimis.

123 ¶ Fames eſt cum pabulũ ſpirituum terminat: ⁊ ſic contingit cum terminatur ⁊ conſumitur oleũ in lampade vel furcibulo. vehemens etiam ſaturitas ⁊ crapula calorem ſuffocat ⁊ extinguit.

¶ Cũ aũt eſt fames adeo fortis ⁊ valida q̃ actio nature qua corpus nutrit terminat: ꝓtingit quidẽ ſpirituũ diminutio ⁊ corporis infrigidatio: ⁊ ſic ẽt accidit ſplendori luminis ſeu flãme diminutio cũ eſt oleũ in furcibulo oĩno aſſumptũ vel ẽt diminutũ. Et ſupercedẽs crapula: cui⁹ cã ẽ ſuperfluus cib⁹ velut ꝓtingit in poſequẽtibus imediate apperitũ eſt cã infrigidationis. hoc.n. calorẽ tegit ⁊ ſuffocat naturalẽ: quẽadmodũ excedẽs olei quãtitas extinguit flãmã donec ipſam oĩno ſic ſuffocet ⁊ extinguat.

184 ¶ Motus aũt fortes ⁊ diurni ſunt cauſa euacuationis ſpirituũ ⁊ infrigidatiõis corporis: quiete etiã infrigidatur calor ſicut ⁊ flãma fumo extinguit.

¶ Cũ tempus fortiũ motuũ ꝓducit infrigidat corp⁹ ex eis: iz in principio corp⁹ calefaciãt: tñ cũ ꝓducunt ide ſpũs educunt ⁊ poſequẽs corp⁹ infrigidat. Quies ẽt ⁊ ociũ corp⁹ infrigidant gñ ex omiſſione motus augẽt ⁊ magnificat fumoſa ſuperfluitas ſuper calorẽ naturalẽ. Et ex ea ſic extinguit ſicut ignis cũ fumo ꝑmiſt ⁊ ſupra ipm dominat. Et eſt quidẽ neceſſaria calori naturali inſpiratio vel incitatio ſicut igni euentatio vel exſufflatio.

185 ¶ Fortis ⁊ valida corporis denſitas ꝓcludit calorẽ in corpore donec extinguat: corp⁹ imoderate raꝝ ſeu ſpongioſum de facili infrigidat cũ ſit ꝓpinquũ ⁊ diſpoſitũ ad hoc vt in eo calor de facili diſſoluatur.

¶ Immoderata corporis dẽſitas ſic calorẽ in eo recludit donec extinguat ſicut ꝓtingit exterius q̃ ſine reſpiraculo oĩno coopertũ. Nã moderata ⁊ pua dẽſitas calorẽ ꝓſervat: ⁊ per ꝓxe corp⁹ calefacit: ſed imoderata calorẽ extinguit naturalẽ. Et ſibi ſimilẽ corp⁹ nimis rarũ. Nã minuit in eo calorẽ ⁊ paruus efficit ſz ꝓtingit in elibanis ⁊ balneis multa reſpiracula habẽtib⁹.

¶ Cauſe egritudinũ ex humiditate.

186 ¶ Quinq; ſunt numero ſcripta humiditatem generantia ex quibus aqua calida dulcis ſuper totum infuſa eſt humida in actu.

¶ Aſſerit q̃ humectãtia ſunt cãe hũiditatẽ faciẽtes ⁊ ſunt gnq; ex qb⁹ eſt humectãs in actu aq̃ calida qõ qdẽ intelligit verũ od fuerit aqua delectabilis ⁊ eius infuſio ſuper corpus multa.

187 ¶ Ex humectantibus autẽ in potentia eſt vſus lactis ⁊ piſcium delectabiliuz caſei recentis quice corporis ⁊ immoderata refectio vel ſaturitas.

¶ Ex humectãtib⁹ in potẽtia ſunt ſicut por⁹ lactis eſus piſciũ in aqua dulci babitãtiũ caſeus recẽs ges corpis ociũ ⁊ ſaturitas imoderata. Intellexit aũt humiditatũ retentionẽ fieri ex his q̃ retinẽt humiditates in corporib⁹ ſeu pbibẽt egreſſum earũ cuius ſunt que poros corporis coarctant claudunt ⁊ inſpiſſant.

¶ Cauſe ex ficcitate.

188 ¶ Quinq; ſunt ſiccitatẽ generãtia ſenſu intellectiue appreheſa: ex quibus quedã actu exiſtũt ſicut boreas: ⁊ quedaz in potentia ſicut eſus ſynapis ⁊ tanta fames ſeu abſtinentia per quã humiditas corporis conſumatur ⁊ omnis motus fortis ⁊ violentus. contingit etiã corporis exiccatio ex ventris ſolutione.

¶ Hec q̃q; ſunt de ſe intellecta ex mõ loquẽdi eius in eiſdẽ: vtũ eſt ſicut cũ dicit de exiccãtibus in actu eſt boreas ⁊ frequẽs

solutio ꝛ ꝓmus in terra vel arena. Et in potētia sicut synapis esus ꝛ fames exciēs corpora: ꝛ hoc qñ ex cibo nāli calor intendit vñ ablato vel subtracto cibo agit calor in mēbris corpis ꝛ in humiditatib⁹ eoꝝ ꝓsumens ꝛ exiccans ea. Post ḡ erpleuit rememoratione egritudinis mēbroꝝ ꝓsimilū accedit nunc ad rememoratione membroꝝ organicoꝝ.

¶ Cause egritudinū organicoꝝ.

189 ¶ Cause magnitudinis membroꝝ sunt fortitudo ꝛ potentia formatiue ꝛ etiam nutriens.

¶ Due fūt cause magnitudinis mēbroꝝ. s. fortitudo plasmatiue ꝛ magnitudo materie quā per nutriens intelligit.

190 ¶ Cause paruitatis membroꝝ sunt contrarie eis quę magnitudinem efficiunt in eisdem.

¶ Intellexit q̄ cause paruitatis membroꝝ sint debilitas plasmatiue ꝛ paruitas materie.

191 ¶ Causa corruptionis formarū est in numero similitudinū qō quidē rōne malitie cōplexionis existentis in matrice contingit aut paruitate spermatis aut malo egressu fetus in ortu suo ex cuius tortura contingit peccatum in figura ꝛ forma.

¶ Causa corruptionis formaꝝ mēbri cadit in mō recipiētiū similitudinē ꝛ figurā: ꝛ hoc ꝓtingit rōne male cōplexionis matricis. Nā malitia cōplexionis matricis disponit iterū passu qō recipit formā ꝛ agēs talr q̄ agēs malū ipmat formā: aut q̄ recipiēs malā formā recipiat: aut diminutiōe ꝛ puritate spmatis q̄ receptio forme vel eiꝰ actio vel gnō impedit. qō qdē verū est sm opionē eiꝰ q opinat esse in spmate potētiā actiuā. Cōtingit ēt iterū sicut dī ꝓdicta corruptio ex re extrinseca vtpote in innaturali egressu feꝰ in natiuitate: sz hāc corruptionē forme reparāt obstetrices frequēter fasciādo sicut ōcet ꝑus q̄ i duerent ossa: ꝛ in sūma corruptio forme ab extra accidit vel ab intra. ab intra qdē accidit vl malitia agētis aut malitia passi ꝛ recipiētis vel ambabꝰ simul. exoꝝ aūt malitia erit ab eisdē met aut a mixce.

192 ¶ Ex bis etiā est nutrix si deliquerit fasciando ipz aut eleuando vel deprimendo ipsum.

¶ Nutrix ēt est cā ārē nati mēbra tortuosa efficiunt cū errat in fasciādo ipm seu in ligādo ipm cū fascia: ꝛ ꝑ q̄ tenēritate ꝛ humiditate ossū ipsiꝰ augent sm figurā ex ligatura eis ipressaz sic ēt ꝓtingit error ex eodē cōmisso i eleuatiōe aut depressiōe eiꝰ.

193 ¶ Vel si forsan augeat in eo cibus aut ad nutriendum aliter ad vtendum malus existat.

¶ Excedēs cibi extrinseci q̄titas iz similis ē cā corruptiōis forme sicut ꝛ excessus māe intrinsece. s. ꝓtingēs a principio gnōnis: ꝛ hoc qñ ex multitudine materie debilitat virtus plasmatiua in ꝓductione forme. Et sīlr videl ꝓtingē cū nutrit ꝛ cibat nutrimento grosso ante tēpꝰ ꝓueniēs ad nutriēdū ipm tali nutrimēto nā cū surripit humidū subtile ei puta lac: corrūpit qdē magnitudo mēbroꝝ in forma a principio. s. in eodem impressa.

194 ¶ Aut si puer debilitate sua cadat cū nō regit ab alio ꝛ ipsiꝰ tibia aut crus ide franganf vel eiꝰ nasus peutiaf talr q̄ inde tēsionē ꝛ pressionē patiaf. nō. n. pōt mā rectificari si moueaf quis ipotēs sc sustinere rōne fracture ossis nondū perfecte consolidate.

¶ De aūt cāe oēs sunt extrinsece. nā cū peniterit puer ambulare aut rō habeat potētiā ambulandi ꝓtingit qdem ei obligras seu tortuositas suarū tibiarum: corporis ēt forma in aliq̄ si frangaf aliq̄ ex ossib⁹ ipsiꝰ si ꝑus q̄ eius ꝓsolidatio ꝑficiaf moueatur.

195 ¶ Hoc ēt facit multitudo humoꝝ sicut in lepr̄osis ꝛ paruitas corūdem sicut in ethicam diuturnaz ꝛ cōtinuas febres patientibus.

¶ In lepr̄osis quidē ꝓtingit generaliter corruptio forme membroꝝ suoꝝ ꝛ similiter ꝓtingit in extenuatis ꝛ cōsumptis. Causa aūt huius siccitas est que cū difficultate formā recipit.

196 ¶ Aut tortura oris ꝛ faciei contingens ex mollitie ꝛ relaxatione nerui aut corrugatione ꝛ tensione nerui versus collum declinare.

¶ ꝓculdubio cāe iste sunt morbi. Nā tortura faciei fit relaxatione ꝛ mollitie nerui existētis in pte habēte colligantiā cū parte obliquitatē habente: fit etiā interduz tensione ꝛ corrugatione nerui: ꝛ tunc ꝓculdubio pars lesa obliquatur.

197 ¶ Vestigia aparū ꝛ cicatrices vicerū ꝛ vulnerum proculdubio formas in superficie corrumpunt.

¶ Causa huius apostematis est purrefactio aliorum apostematum: sed in vlceribus ꝛ vulneribus causa est mala cōiunctio ipsorum ꝛ al' dissolutio cause clausionis meatuum.

¶ Cause clausionis meatuum ꝛ poroꝝ.

198 ¶ Sapientes dederūt operā in collectione eorum que sunt de genere claudentiū ꝛ obturantiū poros ꝛ meatꝰ ex qbus sunt fortitudo retētiue ꝛ debilitas expulsiue: interdum etiam frigus est causa huius.

¶ Pori ꝛ meatus claudunt vñio ꝛ fortitudine retētiue virtutis ꝛ debilitatis expulsiue. frigus etiam coarctat ꝛ constringit poros ꝛ meatus: quod quidē patet ex corrugatione seu coadunatione ueruorum ex frigore contingente.

199 ¶ Siccitas etiaz coarctat eos valde ꝛ similiter faciunt ligature. apostema ēt angustat ꝛ obliquat eos per ꝓstrictionē exterius in aliquo mēbro generataz. stringit etiā eos medicina stiptica.

¶ Siccitas aūt in aliquo membro strigit ꝛ coarctat poros et meatus eius. idem etiam facit ligatura facta super membrum. ꝓculdubio apostema generatū in aliquo mēbro exterius angustat meatꝰ ꝛ poros ꝓstringēdo. ꝓstringit ēt medicina stiptica.

200 ¶ Hoc etiam contingit interdum consolidatione vulnerum ꝛ vlcerum ꝛ etiaz verruca seu porro ꝛ carne innaturaliter augmentata.

¶ Ex causis meatꝰ claudētib⁹ est cū vicus vulnusue innaturalr cōsolidat sicut ꝓtingit in ꝓsolidatiōe lōgitudinis meatuū. verruce ēt in eis nate est ex cāis clausionis coꝝ. nascit. n. interdum intrinsus sicut exterminet eis ēt caro est innaturaliter in eis nata.

201 ¶ Hoc etiam humoꝝ facit aut sanies vel sanguis lac coagulatum ꝛ aqua.

¶ Constat q̄ cum humores infunduntur ad concauitates meatuū qui replent ꝛ obturāt eas: ꝛ similiter facit sanies in eis extrinsus existens: ꝛ similr facit sanguis coagulatus ꝛ lac caseatū.

202 ¶ Hoc etiam faciunt vermes lapis ꝛ scr̄ sicca dura ꝛ acr.

¶ Hoc intelligit de vermib⁹ generatis in intestinis: ex quo accidit colica. ꝑ lapidē ēt intelligit lapidē in vesica: ꝛ ēt calculū in renibus. Et per acrē intelligit ventositatem grossam interdum meatus obturantē. Inde etiā ꝓtingit vna ex speciebus colice. s. illa que contingit ex conclusione ventositatis in intestinis. Ex bis aūt cāis ꝓtingit plurimū retentio fecū ꝛ vrine.

¶ Cause apertionis meatuum.

203 ¶ Cause apertionis meatū sunt fortitudo expulsiue ꝛ debilitas retentiue.

¶ Apertio meatū contingit fortitudine expulsiue ꝛ debilitate retentiue. s. a causis contrarijs eis quibus contingit clausio ipsorum puta debilitati expulsiue ꝛ fortitudini retentiue.

204 ¶ Ex bis etiam est omnis medicina aperitiua calida ꝛ humida necessario.

¶ Ex causis meatus aperientib⁹ est vsus medicinaꝝ aperitiuaꝝ nec dubiū qn medicina calida ꝛ humida meatus aperiat.

¶ Cause egritudinis in quātitate.

205 ¶ Quicquid augeꝫ ꝛ excedit numero in nobis augetur sic ex multa materia vt dicit⁹ si fuerit materia laudabilis aut rana si materia illaudabilis.

¶ Quia retulerat cās aptionis ꝛ clausionis meatuū: incipit nūc referre cās augētiū vel diminuētiū numerū membroꝝ: vñ dicit q̄ qcqd augeꝫ in numero mēbroꝝ: augeꝫ ꝓculdubio rōne multitudinis māe: que si fuerit laudabilis: erit quidez corpus inde auctū naturale sicut eius dicitur: si vo mala erit corpus innaturale sicut est illud qō rana appellat ꝛ augeꝫ sub lingua.

206 ¶ Quicquid minuitur in nobis numero cōtingit contrario eius cuius rememorationem fecimus.

¶ Causa diminutionis numeri est contraria cause augmenti ꝛ fluo velut diminutio materie.

¶ Cause asperitatis.

207 ¶ Causa generans asperitatē est ablatio humiditatis que interdū ex humore frigido ꝓtingit puluere siccitate ciboꝝ ꝛ medicinarum.

¶ Dic

¶ Hic pculdubio retulit cãs egritudinũ ex aspitate ꝓuenientiũ & differẽtias ꝓ efficies aspitatẽ ẽ ꝙ aufert hũiditatẽ nĩ bumor ficc⁹ cũ ifũdit ad cãnã pulmõis ipaz exalpans. Idẽ ẽt fum⁹ facit & pulsus & cibi stiptici & medicie. Hec eni oia guttur & cãnã exasperãt.

208 ¶ Causa lenies asperitatez est sicut bumor viscosus & omne pingue vnctuosum.

¶ Omne qđ habet viscositatem lenit asperitatem sicut humores seu humiditates viscose & oleaginose.

¶ Cause coniunctionis & vnionis separatoꝝ.

209 ¶ Proculdubio omne illđ de cuius natura est vt stet separatum ab aliquo cuz aliquo modo ei vnitur si cũ eodez cõiungetur. Si vulnus nõ debite soldet ꝙ res in membro inopinata ostendetur.

¶ Proculdubio nãc retulit cãs morboꝝ sit⁹ & põnis. retulit aũt duas cãs bn⁹ rei. s. vnã ex pũctõe ei⁹ qđ erat separũ a mẽbris vĩ ait. pculdubio oẽ illđ ỗ cui⁹ nã ẽ vt stet separũ a mẽbro sibi vicino tẽ. nã cũ ẽ talis sit⁹ accidit eꝫ vt pũgat membro illi. pculdubio cã buĩ⁹ erit signatũ vic⁹ vl vuln⁹ i supficie cuiusz ex pdictis mẽbris: accidit eni ꝓter ỗ vt supficies vni⁹ ex illis membris vulneratis cũ supficie alteri⁹ mẽbri vulnerati cõsolidetur & vnat: quẽadmodũ ꝓtigit hoc in codẽ vulnere per se soluz generato in quo. s. superficies quarũdã prũ ei⁹ cũ supficie altarũ eiusdẽ solidatur & vnitur: & ob hoc ingt ꝙ videbis in cõsolidatione vulneris alicuius membri cum indebite consolidat & aliter ꝙ sperares aliud ꝙ sperares de patiente euenit.

210 ¶ Ex hoc etiam est fortitudo imutatiue et debilitas informatiue.

¶ Proculdubio mẽbra nãliter sepata idebite vniunt & solidant interdũ a pn⁹ opõnis ipioꝝ & fortitudine virtutis gñatiue & maxime qñ de natura coꝝ est vt multũ vniant & pũgant & vnũ qđ efficiant: & interdũ adueñ hute debilitas formatiue. accidit aũt ỗ a causis cum ipsa aliquã partem ex membris separat.

211 ¶ Quius separatio ꝓtingens cuilibet ex eis de quorum natura est vt sint in situ coniuncta: sit de genere & numero egritudinum situs & positionis in membris organicis: & nibilominus etiam est ꝓprie de genere solutionis duisi seu continuitatis: cuius quidẽ solutionis cause be referuntur.

¶ Oẽ mẽbrũ cuius sit⁹ indiuiſ per nãm eẽ inter ipm & aliđ: ita ꝙ secũ ꝓiungat figdem ꝓtingat ei ꝙ separet ab illo: ꝙuis talis separatio mẽbris organicis referat: erunt nubilomin⁹ pculdubio cause sepõnis vnius ex eis ab alio de nũero cãrum solomis ꝓtinuitatis appropriate mẽbris ꝓssibus que ꝓprie idiuiſ solo appellatur: & ipse gdem ad causas refert ꝓprias conseqũter.

¶ Cause solutionis indiuiſ.

212 ¶ Humor quidã est bñs vim & qualitatẽ vstiuã & calefactiuã & corrosiuã vel sanatiuã aut hypostasis ipulsa seu ibibita ꝓtusionẽ iferẽs vel viscositas relaxãs qđ mouere deberet vel salt⁹ ꝓtudens lanians et difrũpens vel lapis offendens & contũdens.

¶ Notũ ẽ ꝙ hec oia soluũt ꝓtinuitatẽ. s. humor corrodẽs & calefactus & hypostasis mẽbroꝝ ꝓtusiua necnõ humor viscosus. ollocanẽ eni ꝓtes motiue ex laratõe quã eis iferũt: & fiũt salt⁹ soluũt cõtinuitatẽ mẽbroꝝ & lapis ledit & offendit mẽbrũ & carnẽ ꝓtudit.

213 ¶ Ex eis sunt medicine corrosiue & vstiue vt ferrũ corrodẽs & lanians & qñq vẽtus scindit rõne tensionis. Idem etiã agit ignis sicut & in ceteris.

¶ Hoc totum est per se notũ & manifestũ: ideo non exponio.

¶ Capz⁹ de reb⁹ egrediẽtib⁹ a nã & fũt accñtia morboꝝ.

214 ¶ Quedaz ex accidẽtibus reperiunt in opationibus: & quedam in qbusdã corpori cõtingentibus: et quedã in egrediẽtibus ab codez: puta in sputo fecibus egressu. s. sanguinis sudore & vrina.

¶ Qñ ũ erpliciut rememoratione de morbis & ipsoꝝ causis: incipit nunc referre accñta post ipsos contingẽtia. Nã accidentia ꝓsequunt morbos sicut & morbi causas & nẽcio sunt ex eisdẽ. Inchoauit aũt in hoc a diuiſõe accñtiũ in coꝝ ꝓma gña: vĩ ingt. ꝙ ipsoꝝ sunt tria. s. genera. Quoꝝ ꝓmũ accñtiũ ab operationib⁹ mẽbroꝝ assumptoꝝ vtpote a nocumẽto ipsoꝝ: & hoc qdem est ꝓmũ ex eis. Scõm est accñtium a qualitatib⁹ corpis assumptoꝝ: puta a citrinitate macie & qualitatib⁹ aliqs que cõtigũt corpori post egritudinẽ ex imutatiõe ipsi⁹. Tertiũ gen⁹ est accñtiũ sumptoꝝ ab egrediẽtib⁹ a corpore sicut ab imutatione fecum vrine & sudoris & fluxu sanguinis & aliis exeuntibus.

215 ¶ Egressus nãlis opationis a dispõne sua ẽ triplex. Ipsi⁹ debilitas ipsi⁹ ablatio & ipsi⁹ imutatio seu corruptio qđ in quolibet morbo est etiã manifestum.

¶ Egressus opõnis a dispõne sua nãli fit triplex. aut debilitat: aut oino auferẽ: aut sic imutat ꝙ indebite fiat: vĩ exẽpli gña. Si digestiua stõchi debilitet: egredietur eib⁹ idigestus. Si vo auferatur ãlis assumitur egredies. Sed si calore idebite alteret & imutet vretur qdẽ cib⁹ & fumosus efficiet. Et hec qdẽ gña sic in oibus operationib⁹ sunt repta. Hoc eni notum est in visu.

216 ¶ Debilitas eni opationis visus est cum aliqs debiliter videt: & ipsius ablatio cuz oino visus ꝓhibet vel auferẽ: & ipsius corruptio & incõueniẽs imutatio cum imaginatur se videre que non videt.

¶ Exẽplũ debilitatis opõnis est sicut debilitas visus: & exẽplus ablatiõis ei⁹ est nĩ visus ablatio & di ꝓprie cecitas. Exẽplus vo male & corrupte opõnis est cũ qs videt que nõ videtur. Cũ videtur ei eẽ qđ nõ est sicut est cũ videt ei vnum duo esse.

217 ¶ Exẽpla accidẽtiũ ꝓportionabilia reperiunt in accidẽtibus ꝓtingẽtibus aliis operationibus.

¶ Hec tria gña accñtiũ reperiuntur in oib⁹ aliis opõnib⁹ sicut et dcm est de opõne visus. Est aũt sciẽdum ꝙ ipsimet morbi sunt cause hoꝝ accñtiũ. Nã si corruptio vel imutatio opõnis fuerit in membro cõsimili erit quidẽ causa ipsius vna ex. s. speciebus male complexionis. Si fuerit in organico: erit causa ipsius vna ex speciebus morborum organicorum.

¶ Accidentia super qualitate corporis.

218 ¶ Sẽsus visus attingit & ꝓcipit interdũ aliqđ ex accidẽtib⁹ ꝙlitatũ corpori ꝓtingẽtib⁹ nĩ citrinitatẽ et tumorẽ visu ꝓceptibilẽ: & interdũ attingit & ꝓcipit auris aliqđ ex eisdẽ nĩ sonũ vẽtris in hydrope. ꝓcipit ẽt ex eis aliqs sensus odorat⁹ quẽadmodũ fetorẽ ꝓtingẽtes in vlcerib⁹ putridis & corruptis. Ex eis ẽt est qđ suo sapore ꝓcipit: & sic ꝓtigit cũ acredo vel acetositas in ore ꝓcipit: tactu ẽt qđdaz ex eis cognoscit: sic enim per tactum cognoscitur caneri duricies.

¶ Accñtia sumpta a ꝙlitate corpis sũt. 5. Hz nũez. 5. sensuũ. nã ex eis sunt q attingũtur & ꝓcipiunt sensu visus nĩ colores a nã egredientes: puta citrinitatẽ ictericoꝝ ꝓueniẽte & tumorẽ in patiente apa & alys apparẽtẽ. Et ex eis sũt qđ auđ vl auditũ attingũt soni. s. egredientes a nã: sic eni audit rugit⁹ & gurgulatio i vẽtre hydropici cũ ab vno latẽ ad aliđ mouet. Ex ẽt accñtib⁹ ꝓcipiunt qđaz odoratu nĩ i bis qꝫ odor ẽ fetidus vtpote i vlcerib⁹ fetẽtib⁹ ratiõe putrefactiõis: & sĩl calefactiõis eisdẽ ꝓtigẽt. Et ex eis sunt que suo sapore ꝙ sensuz gust⁹ ꝓcipiunt nĩ ꝓtigit in ore amaritudo vel acetositas qñ in eo reperiunt. Ex bis accñtib⁹ sũt qsensu tactus cognoscunt nĩ duricies ꝓtigẽs mẽbro in quo est cãcrosus apa. Sunt aũt ꝙtuor humores causę. s. hoꝝ accidentium.

¶ Accidentia ab egredientibus a corpore.

219 ¶ Super accidẽtia ab egrediẽtib⁹ a corpore sumpta excitantur siquidem quinque sensus.

¶ Quinq sũt spẽs accñtiũ ab egrediẽtib⁹ a corpe assũptoꝝ sm nũez ipsoꝝ sensuũ: sic eni ẽ i eis nĩ in spẽb⁹ accñtiũ sũptoꝝ ab bis que corpori ꝓtingũt: & ipse gdẽ refert eas ꝓsequenter.

220 ¶ Sicut in vrina si rubea sit vel nigra: et sputo si fuerit vel vt sanguis vel sicut butyꝝ: & in eo qđ gdẽ rõne dissolutionis vel resolutionis egreditur sicut contingit in ventositate sternutatione oscitatiõe alt singultu. In vomitu etiã reperitur interdũ acetositas amaritudo vel stipticitas. Et cuz vrina fuerit fenda significat quidẽ sup vesice vlcera: & si in sudore sentit⁹ si frigidus fuerit vel calidus tenuis vel viscosus.

¶ Accñtia visu ꝓcepta in egrediẽtib⁹ a corpe p opõnẽ nãe sunt nĩ rubedo vrine & ipsi⁹ nigredo in febre appentia: & nĩ sputum sanguineũ. i. rubeũ ab ore egredies & bui ꝓtoꝝ. Calidũ apparẽs in morbo pulmonis. Accñtia aũt que in egrediẽtib⁹ a corpe ꝙ

eipiant ꝙ audirū fūt soni ꝓtingētes ex ipulsiōe nāe supfluitatēs a corpe expellētis sic ꝓtigit in vētositate decorsuꝫ egrediente et sternutatiōe q ꝓtigit cū caput supfluitates digōnis suc sup nasum ipellit:osciratiōe ꝓtigēte ex ipulsiōe humoꝝ nocumētum stōcho iferētiū. Sz g peripiunt ꝙ sapore sunt sic acetositas pcepta in eo qō a stōcho egredit cū vomitu:z filr amaritudo z stipticitas:bn. sapores iterdū cuz vomitu sentiunt. q̄at odoratu sentiunt fūt sic fetoꝝ vtne signians sup vicera vesice. sīgt nibilominus et sup corruptionē z putrefactionē in corpe erātē. Que aūt ex istis sensu tact⁹ peripiunt sunt sicut sudoꝝ ipse:peripit eni per cū aut caliduꝫ vel frigidus tenuis vel viscosus. Quidam tñ opinati sunt ꝙ tenuitas z viscositas sensu visus peripiātur.

221 ¶ Hec quidē accītia sunt patientiuꝫ passiones:et apud nos signa z demōstrationes:z postq̄ feci rememorationē de is quasi trāsitorie z in generali:faciam nūc rememorationē de eisdem in speciali.

¶ Hec gdē accītia quoꝝ rememorationē fecim⁹ sunt in egris passiōes z apō medicos signa sūt sup eoꝝ morbos demōstrationa. Et ꝺ ió qñ morbi sūt cā accītiū:z causata gdē attestant z significāt sup suas cās: vī sic fumus signat z attestat sup ignē:sic gdē accītia signant super egritudines: ꝙ tāto placuit sibi referre nāc hec accītia inquātū sunt signa ōmōstrativa z signantia. Hec aūt est tertia ex tribus hui⁹ scie. s. de rebus extra nām.

¶ Rememorario signorum.

222 ¶ Omne signū sicut dictū est:est rememorativuꝫ aut p̄sentis indicativū vel futuri ꝓnosticuꝫ:est tamē vtile nō necessariū nobis qō referimus ex eo qō p̄terijt sicut humiditas terminati fudoris.

¶ Tres aūt sunt spēs signoꝝ. Nā si significet sup egritudinē presentē dī indicativū:z si significat sup egritudinē ꝓteritaꝫ z terminatā dī rememorativū. Rememoratio eniꝫ z memoria sunt eius qō ꝓteryit. Si ꝺ ho significet sup egritudinē futurā appellat ꝓnosticū. Deinde iducit exemplum rememorativi z dixit:sic humiditas ꝛc. i. sicut humiditates quas repit medicus in corpore patientis significātes ei ꝙ patiens iā sudauerat in ꝓteritoꝝ:z interdū significāt ei ꝙ egritudo iā fuerit terminata:hoc āt genus nō est medico necessariū nisi per accīs sicut diximus.

223 ¶ Omne illud quod significat super illō qō iā exist:necꝫ nō etiam ꝙ significat super illud qō sperāmus est quidē multū necessariū. cura enim conueniens fit a nobis cum auxilio huius rei.

¶ Qō ex signis significat super egritudines pāteꝝ z super futuras generari z super accidentia ex eaꝝ gñatione contingentia: est qdem ex his quoꝝ cognitio est perutilis z multum necessaria in hac arte. Imittimur enim his cū securitate.

224 ¶ Ex his gdē signis sūt q̄dā gñalia z q̄dā spālia z pticularia alicui ex mēbris ꝺ qꝺ gdē spālius faciā rememorationē in arte seu ptē artis curatiue.

¶ Signa hāc duaꝝ spērū diuidunt. Nā q̄dā horꝝ sunt spāliter significātia sup q̄libet ex egritudib⁹. Et ex eis sunt q̄dā gñalia significātia morbos i gñali. Et ipse qdē icepit a rememoratiōe gñaliū z logt ꝺ spāliꝫ cū logt ꝺ cura cuiuslibet morbi vt ipse dic.

¶ Rememoratio signorum indicatiuorum.

225 ¶ Omne signū generale sumit a mēbris principalitatē z dīuium habētibus:puta ab epate cerebro et corde. hec eni sm veritatem dicūtur principalia.

¶ Signa gñalia sumunt ab accītib⁹ mēbris principalibus ꝓtingētibus:vt qz mēbra exercēt opōes multas in multis mēbris corpis:ió qdē accītia eis ꝓtingētia significāt supeꝝ ruptionez z malā dispōnē p̄m ex mēbris corpis. Et in sūma sup lesionem z nocumētū vnīuscuiꝫ ex spēb⁹ virtutū primaruꝫ gñaliū in corpe existētiū:sicut accītia recta in vtne signant sup morbos z nocumenta virtutis nālis in epate existētia z ꝓtingentia. Et accidēria pulsus sup morbos vitalis virtutis sm opinionē medicorum:z sm p̄m super morbos virtutis nutritiue.

226 ¶ Et cū ē recte formatiōis seu imagiatōis z rōcinatiōis seu cogitatiōis sane memorie z recordatōis.

¶ Sanus mēte dī cū est recte imagiatiōis uste seu recte cogitatiōis z nō recordatiōis. voluit āt sic loq qñ cū ledit aliqua ex ꝓdictis opōnib⁹ significat sup lesionē ꝓtis cerebri illi opōni appropriate. est aūt anterior ps cerebri loc⁹ imaginatiōis seu formatiōis z mediū cerebri est loc⁹ rōcinatiōis. sed ps ei⁹ extrema est loc⁹ memorie z recordatiōis. vñ figit ꝙ in potēte nalitis imagiatiōis z formatiōis fit morb⁹ in anteriori ptē cerebri z significat cū patit meno z rō ꝙ mediū cerebri patiat. cuz ro memoria patit:significat ꝙ posterior pars cerebri sit egrota.

227 ¶ Motus ēt z sensus laudabilis significat sup ea ptis sanitatē:z nocumēta eius ꝓtingētia denotant proculdubio q morbi existant in cerebro.

¶ Qō hic dicit est per se notū. Nam cū motus corporis z perceptio sensuū sani sunt z laudabiles significāt qdem sup capiū sanitatem z cū leduntur significant super capitis morbos.

228 ¶ Cum cor incedit recte in pulsione sua:tunc eius dispositio est pacifica z tranquilla.

¶ Si cordis pulsus moueat velut cōsuetū est z debitū significat sup cordis sanitatē. Si ho deuiet a ꝓpueto z sibi debito ꝙ nām significat qdē morbos:sicut cū variat z diuersis pulsatiōib⁹ afficit:tūc eni attestat sup diuersas spēs egritudinū. Nos autem declarabimus ꝓpter quis z qualis sit talis pulsus diuersus.

¶ Genera pulsus.

229 ¶ Aequaq̄ fuerunt genera pulsus in numero denario posita nisi ab ore sapientis:quorum quidē primum ab estimatione dilatationis est assumptus. ipse enim significat super dominium z fortitudinem virtutis et ipsius equalitatem.

¶ Genera ꝓma pulsuū sub denario numero cōcludūtur sm ꝙ ea sapientes direxerūt z nūtiauerūt:quoꝝ quidē primū existit in existimatiōe dilatatiōis venaꝝ:quaꝝ quidez dilatatio est iterdum fortis z valida z interdum ꝓportionalis equalis z temperata.

230 ¶ Magnus āt est cui⁹ dimēsiōes eminēt z ascendūt z significāt sup fortitudinē sm suā existimatiōez.

¶ Quia dixerat ꝙ vnū er generib⁹ pulsuꝫ reperitur in qualitate seu dispōne dilatationis vene:accedit nūc ad referēdū species sub ꝺ gñe existēte. i. in quas diuidit gen⁹ illud. vī ingt ꝙ vna ex eisdē est illa que s. est nota in pulsu magno:z est ille g ascēdens dī. i. eminēs in oib⁹ suis dimēsiōib⁹. s. in lōgū latū z ꝓfundū: vt qui magis debito in lōgum extenditur aut in latum:aut qz magis debito sm membrum in quo est elcuatur.

231 ¶ Parvus pulsus est contrarius in virtute z etiam pulsus longus z breuis.

¶ Voluit dicere ꝙ pulsus qui parvus dī est in hoc genere ꝓtius pulsui magno:z ipse qdē est in oib⁹ suis dimēsionib⁹ diminut⁹ z depressus:z refert ꝓpter alias duas spēs pulsus z sūt illi qui dicuntur longus z breuis. Est aūt longus pulsus cuius lōgitudo augetur vltra lōgitudinem nālem. Et brevis quidez est huic cōtrarius. s. diminutus a sua longitudine naturali.

232 ¶ Ex eo strictus z latus necnon etiam eminens et profundus.

¶ Silr ēt sunt q̄tuor alii. Quoꝝ vnus dī strict⁹ z ē ille cui⁹ latitudo minor est latitudie sua nāli. Secūs aūt ē ille q dī lat⁹ z est ille cuius latitudo maior est latitudine sua nāli. Tertius ho est ille qui dī eminēs z est alt⁹. Et quart⁹ est huic ꝓtius z ē ꝓfundus. Medius aūt z equalis iter oēs has spēs est naturalis.

233 ¶ Genus eius relatum tempori motus est varius z diuersus ex quo est pulsus velox magne iactatiōis z significat quidez super vim z calorem:ex eo etiā pulsus est tardus dominans congelationis vnde significat super debilitatem cum frigiditate.

¶ Scōm qdē genus pulsus sumptū est ab existimatiōe tēporis motus eius:ex quo qdē est velox in motu suo:significans super dīuū z abūdātia virtutis z caloris. Et ex eo tardus in motu qui quidē significat super debilitatē virtutis z frigiditatē:z nālis qdem in hoc genere est medium inter ambos.

234 ¶ Genus sumptū ab existimatiōe tpis getis diuidit in suas spēs. s. in frequētē spissum z sine gete significātē super debilitatē virtutis z caloris:z in tardus sibi ꝓtiū qui sup laxitatē z friditatē attestatur.

¶ Genus pulsus sumptū ab existimatiōe tpis getis cuz diuidit in frequētē spissuz z est ille q modicā hz getē:q qdē debilitatē virium significat z caloris: virtus eni rōne sue debilitatis reiterat magis debito vene extensionē z dilatationē:z rōne excessus caloris festinat magis debito motū suū:z inde sequet getis abbreuiatio z diminutio:z in valde tardo z raro q. s. ꝓtius est ꝓdicto significat sup laxationē arterie z frigiditatē complexionis.

235 ¶ Genus

235 ¶ Genus sumptū a dispōne vtutis diuidit in fortē alr fortiter pulsantē ⁊ magnū ⁊ in sibi cōtrarium debilem: cuius pulsatio profunda est ⁊ exilis.

¶ Quartum genus pulsus est sumptum a dispōne virtutis pulsatiue ⁊ diuiditur in duas species. s. in fortiter pulsantem ⁊ per cutientem ⁊ in debiliter percutientem.

236 ¶ Ex genere sumpto a corpore vene per tactū est pulsus durus qui attestatur super siccitatem: ⁊ ex eo est qui tactu mollis ⁊ humidus reperit significās super sui corporis mollitiem alr humiditatem.

¶ Genus sumptuz a dispōne ⁊ qualitate vene pulsatilis diuidit in duas spēs. Quaꝝ vna ē cū medicus sentit corpꝰ vene pulsatilis dure: ⁊ ꝑ gdē figiat sup siccitatē cōplonis corporis patiētis. Scōa vo est cū sentit medicus venā pulsatilē humidam et mollē que figiat cōplonis humiditatem corporis patientis.

237 ¶ Genus sumptū a prima qualitate corporis vene significat recte super complexionem. s. frigidus super frigidam: ⁊ calidus super calidam.

¶ Proculdubio genus sumptū a qualitate corporis vene pulsatilis diuidit in duas spēs ⁊ ambe simul significant equalr super cōplonē. Quaꝝ vna est cū sentit vena pulsatilis frida ⁊ significat sup cōplonis friditatē. Scōa vo est cum ipsa sentit calida ⁊ figiat sup cōplonē calidā. Est aūt hoc genus eiusdē qualitatis qō ante ipm. Sūt enim de numero qualitatum tāgibilium.

238 ¶ Genus sumptum ab eo quo repletur vena ꝺ̄clarat dispositionem ⁊ esse humorum eius: plenus enim super humorum abundantiam ⁊ vacuus super ipōrum diminutionem habet attestari.

¶ Genus sumptum ab eo qō circūdat alr ptinet vena pulsatilis significat quidem super multitudinē ⁊ magnitudinez: aut dimi nutionem humoꝝ significatione manifesta. Naz si percipiatur plena: significat quidē super augmētū humoꝝ. Si vo vacua: super eorum diminutionem ⁊ paruitatem.

239 ¶ Genus sumptum ex motionibus ⁊ getibus pulsus detegit quidem ad sensum tactus spēs eoꝝ. Est autē ex eo spēs iusti ponderis ⁊ conueniens pulsibꝰ etatum temporum anni ⁊ regionis. Ex eo ēt est egrediens a debito consueto.

¶ Hoc qdē genus sumit ex cōparatiōe tpis morꝰ pulsus ad tēpus getis ipsi⁹. Sūt aūt duo morꝰ ⁊ due getes ipsi⁹. Unus autē ex motib⁹ eiꝰ est cū arteria extēdit ⁊ dilatat. Et alius cū stringit. Et vna qdē ex duab⁹ getib⁹ eius est inter finē dilatatiōis et principiū eius ꝑstrictiōis. Ez scōa est iter finē ꝑstrictiōis ⁊ p̄n cipiū dilatatiōis. Hoc aūt ō est qm̄ iter quoslibet duos motus ꝛuos in vno motore existes: opz de necessitate esse getes duas inter eos amboꝝ existētes. Cum aūt dico quietes intelligo duas getes: ⁊ cū dico motū intelligo duos duos, morꝰ: vñ ingt. ꝙ in cōparatiōe tpis geris pulsus ad motū eiꝰ est genꝰ eiꝰ sub quo sūt spēs detecte ⁊ manifeste ad sensuz: ex quibus qdez est spēs illa ꝙ dr pulsus iusti ponderis. ⁊ ille in quo cōparatus ⁊ ꝓportio tpis motus ad tps quietis est nālis. Et cū dixit ꝙ est ꝑuenies pulsibus etatū ⁊c. intellexit ꝙ talis ꝓportio variat ⁊ diuersificat penes diuersas etates tēporis anni ⁊ regiones. Nāles enī in ē ille qui ꝓgruit etati eius cuiꝰ est: ⁊ sīr tēpori anni ⁊ regioni eius. Egrediēs vo a nā est ille q discōuenit ei cuiꝰ est sm̄ ista vt inde fit in eo alia ꝓportio morꝰ ad getez q̄ ꝓtendat in eodem. Etas tempus anni ⁊ locus habitationis eius. Justus autem pōdere naturaliter ⁊ ab etate est ille qui in cōplexione equali ⁊ temperata etate tēperato ēt tēpore ānī ⁊ regione ⁊ filiꝰ in tēperie reperit: talis nāq pulsus dr iustus ad pōdus ⁊ pōderatus.

240 ¶ Ex eo etiam est sine pondere cōtrarius ei quē premisi sine pondere.

¶ Intellexit pulsuz sine ordīe illuz in quo ꝓportio existēs inter motū ⁊ getē est ꝓportio egrediēs ⁊ a ꝓportione nālī. Opinātur aūt medici ꝙ talis ꝓportio naturalis est ꝙ fit morꝰ tātus q̄tus quies ⁊ aliq̄tulum plus sm̄ ꝙ mihi videtur. Nūc inquit ēiā Bal. ꝙ due quietes eius sunt: ⁊ ēt sīr ꝓcepte. s. ingrediēs ⁊ pgrediēs. Nalle tñ negat perceptionē quietis ingredientis.

241 ¶ Aliud genus eius sumit ab equalitate vniformitate aut diuersitate ⁊ inequalitate ipsius.

¶ Hoc genus pulsus diuiditur in duas. ff. scilicet in illuz qui dicitur vniformis sive equalis ⁊ illuz qui diuersus ⁊ inequalis dicitur: qui. s. contrarius est primo.

242 ¶ Qui recte incedit vniformiter ⁊ ordinate dicit vnitus sive equalis. qui vo claudicat ⁊ vuat in hoc inequalis dicitur ⁊ diuersus.

¶ Intellexit quidē per pulsum vniformē ⁊ equalē illum cuiꝰ qdem percussiones ꝓuenīt in pōdere ⁊ in genere dilatatiōes et genere tēporis motus: ⁊ genere tēporis quietis: necnō ēt in genere fortitudinis. qui eni est vniformis in his oibꝰ dicit eālis. q autem hec omnia bz habet esse sm̄ quantitatem cum sit in eis proprie qualitas: ideo quidem declarauit ea ⁊ reposuit sub hoc genere sumptoꝝ ꝓpietate quantitatis.

243 ¶ In diuersitate generis sumpti a numero percussionum arterie sunt differentie.

¶ Differens quidem percussionibus est ille in cuius diuersitate sunt differentie. hoc autem ideo dixit: qm̄ ex sic differentib⁹ est qui diuersificantur in multis percussionibus: ⁊ ex eis est qui solum in vna percussione variatur ⁊ diuersificatur.

244 ¶ Differens pluribus percussionibus diuiditur in duas species.

¶ Differens pluribus percussionibus diuidit in duas spēs: quarum duarum specierum facit mentionem post.

245 ¶ In equalitate ⁊ diuersitatibus ordinatum ⁊ ordine carentem quē. s. anima percipere nequit.

¶ Dolmit post ost ēdere ꝙ inequale ⁊ differens pluribus percussionibus diuiditur in pulsum in bmōi diuersitatibus ordinatuz ⁊ in pulsum nullū ordinem seruantem in eisdem. i. cōtrariuz primo de quo inquit. ꝙ anima nequit ipsuz comprehendere. Intelligit autem per inordinatum in huiusmodi diuersitatib⁹ illū cuius alique percussiones sunt diuerse iter multas vniformes: ita. s. ꝙ fit vna diuersa inter plures vniformes: aut huic cōtrariū. Et post hec diuisit ordinatum in duas spēs ⁊ dixit.

246 ¶ Dominus huius ordis dr reuersiuus: ⁊ est sm̄ dictum nostrum ille qui postq̄ nūc sic percussit ⁊ reuertitur consequenter ad percutiendū sicut prius.

¶ Intelligit ꝙ ex ordinato in bmōi diuersitatibus est qdē cuius diuersitas redit post aliquas ꝓcussiones vniformes. i. ꝙ reuertitur ad diuersam ꝓcussionem post determinatas ꝓcussiōes similes ⁊ vniformes: ⁊ est ille quem intellexit cuz dixit. q postq̄ nūc percusserit ⁊ reuertit ⁊c. i. cum nunc percutit manuz est in aliqua forma diuersitatis cōsequenter per determinatas percussiones equales reuertit ad illā eādem formam in pulsando ⁊ percutiendo: ⁊ ꝙ etiaz ex eo est cuius diuersitas minime redit sicut prius: ⁊ ꝓsequenter fecit huius mentionem.

247 ¶ Ex eo etiaz est cuiꝰ regressus minime sunt vniformes: ⁊ talis est qui cauda soricis appellatur.

¶ Intellexit ex his diuersis ⁊ inequalib⁹ ꝓcussionib⁹ quedā que nō regrediunt seu redeūt post determiatos regressus ꝓcussionū eālium in ambas ꝛcōdītes. Ex hac aūt spē ē pulsus q cauda soricis appellat: ⁊ ē pulsus ille q a p̄n⁹ sue pulsatiōis magn⁹ apꝓbēdit. Scōa aūt eiꝰ pulsatio ꝑtiter mior prima ꝙcipit: nec cessat a tali diminutiōe pulsationū donec q̄si ad nihilu deuenerit adeo ꝙ interdū vltia sensui ꝓcussio occultat ⁊ interdū minuit: ⁊ ex hoc qdē cōparat ipm̄ caude soricis: q̄si cōtinue post eiꝰ magnitudinē minuit subtilitat sicut ⁊ cauda soricis: ⁊ bmōi qdē pulsus dispō reuertit interdū ⁊ interdū nequaq̄. s. ad p̄mū dispōnē ⁊ ordinē. Et postq̄ retulit differētem ⁊ inequalē in pluribꝰ percussionibus refert ꝑtiter inequalem in vnaquaq̄ percussiōe.

248 ¶ Est etiā ex eo qui differēs seu diuersus in vnaquaq̄ percussione reperitur cum mēsura quatuor digitorum capitis. ex eo etiam est proportionatus alicui rei: ⁊ quidam sunt qui nulli rei referuntur: ⁊ sm̄ quidem noster erit super nominatus.

¶ Diuersus ⁊ inequalis in vna ꝓcussione dr ille cuiꝰ ꝓtes sūt dissimiles in his gīibus reperis in vna ꝓcussiōe arterie repta in arteria: vt cū erit velocitas dissimilis vnius ꝓcussiōis: ⁊ sic erit de aliis generib⁹: ⁊ hec qz erit in arteria in prīo sui morꝰ multū velox ⁊ in fine multū tarda ⁊ ecōuerso. Et postq̄ ostendit qd sit dño in vna ꝓcussiōe cuius sunt plures spēs ex qb⁹ qdā hūt ꝙ prias noīa ⁊ qdā nō: ideo ingt. ex eo ēt est ꝓportionatus alicui rei: ⁊ qdā sunt qui nulli rei referunt: ⁊ sermo qdem noster erit nunc sup noiatos. Ex his qdem spēbus sunt quedā nomina dā-

ies ⁊ quedam nō: ⁊ prime qdē ꝓportionant ⁊ referuntur alicui rei: ⁊ nos qdem loquemur nunc de nomen habentibus.

249 ¶ Ex bis qdē est pulsus intercisus ⁊ dis ꝓiunctionis: ex bis etiam est altus humilis ⁊ depssus.

¶ Et sic diuersis vna percussiōe est ille cuius percussio post intercidit ⁊ findit: ⁊ ꝑter vnit ⁊ iungit: ex bis etiā sūt quoꝝ partes quedam sunt alte quedam humiles ⁊ depresse.

250 ¶ Ex bis etiaꝫ sunt in cuius percussione duo sunt ictus: ⁊ ex eis etiam in quo sunt plures.

¶ Hic pulsus similat malleo quo percutit sup incudē ⁊ sola resistē tia incudinis p se p̄elevat ⁊ ꝑter p se percutit incudē iterato.

251 ¶ Est etiam ex eis vermicularis ⁊ serrinus similiter formicularis ⁊ vndosus.

¶ Vermicularis qdē similat vermi in motu suo qui cōtingit ex debilitate virtutis nequētis arteriā ipellere: qui qdez fortior est formicularis. Undosus aūt aquaꝫ vndis assimilatur ⁊ significat humiditatis odium ⁊ sudorē futurꝫ. Serrinus vo assimilat ferre dentib⁹: qui qdē bz attestari sup aſpa in runicis interioꝝ membroꝝ generata: puta super pleuresim ⁊ alia ab eo.

252 ¶ Ex bis etiaꝫ est ille qui tremulus dicitur ex quo est significans super etbicam.

¶ Hic quidem pulsus. ſ. tremulus ſignificat ſuper ſpaſmuꝫ ⁊ ſimilis ei ſignificat ſuper etbicam.

253 ¶ Oē qdē genus pulsus ꝓtinet duas ſpēs ⁊ ambe sunt ꝓxie inter quas est vna equalis que ex ambab⁹ cōtrarijs descendit seu reponitur in gradu.

¶ Ois pulsus ex gſtib⁹ p̄dictis ꝓtinet sub se tres spēs: ex ḡbus due bñt rōnem extremoꝝ. ſ. pulsus excessiuus in illo gſte ⁊ diminutus ⁊ medius inter ambos est equalis in illo genere.

254 ¶ Inter species vo generalis diuersitas est multa ⁊ non est equalis ⁊ media in diuersitate.

¶ Minime quidem species quas retulimus sunt virtutes pondus ⁊ alij ab eis habent medium.

255 ¶ Et pulsu temperati corporis cognoſces pulſum cuiuslibꝫ donec ſcias ex eo cui lateri equatur aut inequalis efficiatur.

¶ Pulsus cuiuslibet cognoſcitur per comparationē ad pulſum eq̄lē cōplonē bñtis. Et medi⁹ qdē ⁊ tēperat⁹ in illis gſtib⁹ cōuenit cū pulſu ei⁹. Et inequalis vo ⁊ itēperat⁹ est ei dissimilis: vel in cōparatione ei⁹ ad aliud ſcitur versus qō genus egrediat ab equalitate: aut ad quē excessuꝫ vel diminutionē declinet.

256 ¶ Omnis pulsus egrediens a dispōne cōuenienti dicit̄ comparari ad egressum cōplexionis eius.

¶ Egressus cuiuslibet pulsus a pulsu equali est quidez ſm egreſſum complexionis ipsius a cōplexione equali. ſ. declinatio pulſus illius erit ſm declinationem complexionis eius.

257 ¶ Scito cē varias ſpēs pulſuum in diuersis etatibus q̄tuoꝝ anni tēporibus ⁊ diuersis regionibus.

¶ Sciēdū q̄ diuerſe ſunt ſpēs pulſuū ſm diuerſa tēpora etatuꝫ hois ⁊ ſm quatuoꝝ anni tempora: neq; nō etiaꝫ ſm naturas varias regionum. ⁊ hoc quidem est neceſſarium qñ vnica cōplexio ſm diuerſitatem ipſorum variatur.

258 ¶ Et etiam in diuersis cōplexionibus boiuꝫ ⁊ habitudinibus masculis ⁊ mulieribus.

